~~Eilleconius~~
~~A. 54~~
235
B 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

CRE

C

CALI

SE

Ariſtot

Ex Of

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

CÆSAR
CREMONINVS
CENTENSIS

KW 235 B 9

DE CALIDO INNATO, ET SEMINE,

PRO

Ariſtotele adverſus Galenum.

Lugd. Batavorum,

Ex OFFICINA Elſeviriana,

CIↃ IↃ C XXXIV.

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

Illuſtriſſimo atque Excellentiſsimo viro,

DOMINICO MOLINO,

Senatori Prudentiſsimo.

CAESAR CREMONINVS F. P.

QVod tuo nomini inſcribo volumine eſt exiguum: Appoſite ad eum Senatorem, qui patriam virtutibus ornat, & ſapientia in ea fovenda eſt totus, juxta illud Horatii ad Auguſtum.

„ --- in publica commoda peccem,
„ Si longo ſermone morer tua tempora.

 Res

Res ipſa non adeo exigua. Agitur hic fundamentum artis Medicæ, quæ aut in perniciem, aut in corporum ſalutem. Sermo de calido, quod vocant innatum; hinc vita homini, & interitus. Diſputatio pro Ariſtotele contra Galenum; ille totius ſapientiæ, hic inter Medicinæ Principes. Ego quidem nihil mihi arrogo, ſed puto eum, qui pro Magiſtro alias Apologiam inſtituit, non poſſe ſine defectionis crimine in hoc uno deſerere. Qamquam non magis ipſius dignitas, quam veritatis ſtudium me allicit. Seorſim vero hoc ab aliis perſcrutationibus medicis, quale prorſus domi deambulando, ut conſuevi, Scholaribus ſcribentibus, dictabam, in vulgus edo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

quod ſic tempus, & occaſio expoſtulat. Eſto inprimis præſcriptum Lucretii illud.

,, Deſine quapropter, novitate
exterritus ipſa,
,, Expuere ex animo rationem,
ſed magis acri
,, Iudicio perpende, & ſi tibi vera videtur,
,, Dede manus, aut ſi falſa'ſt, accingere contra.

De ipſo opere quidquid aliis viſurum ſit, non multum laboro. Hoc *certe non tam meo, quam præſtantium Virorum judicio facio, quod tibi illud, Illuſtriſsime, & Excellentiſsime Moline, volens libens do dico. Nam primum res ipſa controverſa cui alteri, quam tibi erat committenda, qui communi litteratorũ calculo de omni ſcientiarum ſtudio arbiter datus*

es? Deinde, cum boni, & docti omnes te colant, & ſuſpiciant, cur ego utrorumque ſtudioſus Patronum non quæram? imo potius non agnoſcam? Memini enim, cum primum Patavium veni, auditorem te habuiſſe, & meæ Scholæ egregium fautorem, generoſæ Adoleſcentem indolis, & ad Heroicum ſplendorem factæ; ne ſit mihi amplius de ejus patrocinio dubitãdum, quem ultro ſemper tenuitatis meæ æquiſsimum æſtimatorem ſum expertus. Tu, inter maximas Reipublicæ curas, quibus urgeris, labores hoſce, & obſervantiam noſtram æqui bonique conſule. Vive diu, & vale.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

DICTATA CÆSARIS CREMONINI,

In Schola Patavina Philoſophi Primæ Sedis,

DE CALIDO INNATO.

DICTATVM PRIMVM.

Proponitur occaſio, utilitas, & ordo diſputationis. Elementorum qualitates quomodo ſe habeant in compoſitione miſtorum. Tres dubitationes circa hoc.

ARiſtoteles ſecundò de Anima textu 40. diſputabat adverſus dicentes, ignem eſſe cauſam augmenti, & in textu 41. colligebat, ipſum eſſe concauſam, quia calidum ſit veluti animæ inſtrumentum ad ea opera, quæ pro auctione requiruntur. Hoc dat nobis occaſionem habendi tractatum, quem alias ſumus polliciti de calido innato: illud enim calidum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

quod eſt animæ inſtrumentum ad opera vitæ eſt calidum, quod vocant innatum. Hujus tractatio eſt maxime difficilis propter multa, quæ à ſcriptoribus in hac conſideratione dicuntur, præſertim, quia multa etiam in illorum dictis eſt confuſio; quocirca à nobis magis accurate res eſt conſideranda. Videbimus autem involutiones pręſertim recentiorum. Et quantum ad Medicos, cõſiderabimus ſolum Galenum; quantum ad alios, conſiderabimus, quæ dicit Albertus in libro de Animalibus. Eſt autem hæc conſideratio, & maxime digna, & maxime utilis; tum ſecundum ſe, quia ſcire per ſe eſt bonum; tum etiam, quia ex hac conſideratione aperietur via ad intelligenda plurima, digna ſcitu in Animalibus, & in homine: veluti ea, quæ dicuntur de Iuventute, Senectute, Vita, & Morte, & aliis talibus. Quod ſi etiam contingat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ut hæc conſideratio afferat juvamentum Medicinæ, ut nos credimus, tanto magis erit utilis: quocirca nulla ex parte iſte labor poteſt eſſe vanus. Modus autem conſiderandi mihi iſte erit, ut dicam ad veritatem accipiendam, non ad contentionem, & ad convincendum aliquem, qui oppoſitum ſentiat. Dabo etiam operam, ut ordinate, & dilucide dicam vitando omnem confuſionem, quam aliqui videntur affectaſſe. Si afferam quod verum eſt, bonum eſt, ut dilucide afferam, ut poſſim intelligi. Si hoc non attingam, oportet clare dicere, ut ab omnibus intelligar, & poſſit mea opinio reprehendi. Aſſumo enim hunc laborem ad doctrinam, tum veſtram, tum meam. Si recte dixero, vos docebimini; ſin minus, aliqui forte erunt qui me docebunt, quod mihi erit gratiſſimum. Eſt enim Philoſophicum etiam propria reprobare·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

bare propter veritatem. Vt autem ſatisfaciam his, quæ dixi, mihi recurrendum eſt ad illud Ariſtotelis dictum, quod ignoratis communibus, non bene poſſumus propria ſpeculari, quod non obſervavit (mihi ignoſcat) Galenus: in ſolo enim homine verſatus eſt, ignorando, qualiter res ſe habeat ſimpliciter in natura animantium. Ego igitur pro ingreſſu ad tractationem, mihi hoc in primis duco faciendum, ut explicem, quomodo ſe habeant qualitates elementares in cõpoſitione omnium miſtorum, ad quorum compoſitionem elemẽta omnia concurrunt; Elementa ſunt Ignis, Aer, Aqua, Terra: qualitates calidum, frigidum, humidum, ſiccum. Omnia igitur elementa eſſe in miſto, ita ut miſtum ex omnibus ſit conſtitutum, habemus ab Ariſtotele ſecundo de Generatione textu 49. & ſi aliquis hoc negaret, deberet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

reſpondere demonſtrationi, quam ibi Philoſophus adducit, & reſpondere ſenſui, quo à miſto in illius putredine cernuntur ſingula elementa ſeparari, quod habetis in quarto Meteororum in principio. Modo iſta elementa veniunt ad compoſitionẽ miſti per mutuam actionem, & paſſionem, quæ eſt ſecundum contrarias qualitates, quibus formantur, & ſunt caliditas, frigiditas, humiditas, & ſiccitas. Ex his qualitatibus duæ ſunt activæ, quæ habent vim effectivam, duæ paſſivæ. Activæ ſunt calidum, & frigidum; paſſivæ humidum, & ſiccum. Doctrina eſt Philoſophi in principio quarti Meteororum, quæ per ſenſum in operibus iſtarum qualitatum eſt manifeſta; Et prout requiratur aliqua explicatio, eam habebitis, tum apud Expoſitores, tum in noſtra lectura ſcripta ſuper illo quarto; præſens enim occaſio refugit, ut
in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

in iſtis immoremur. Accipiatur itaque, quod in miſti compoſitione concurrunt calidum, & frigidum efficiendo; humidum, & ſiccũ patiendo. Effectio modo eſſentialis frigidi eſt congregatio homogeneorum, & heterogeneorum, ut ibi Philoſophus, & ſenſus demonſtrat. Si enim in aqua ſint plumæ, palea, ligna, ferrum, & alia, frigidum ſimul in glacie omnia congregat. Efficientia vero calidi conſiſtit in congregatione homogeneorum ſegregando ad hunc finem heterogenea; ſic ignis congregat lignum in unam flammam, ſeparat autem ferrum, quod ſit in illo. Quando à principio Elementa veniunt ad miſtionem ſunt heterogenea, quia ſunt diverſarum ſpecierum, tunc ergo potiſſimum invaleſcit actio frigidi ad conſervandum illa unita ad hoc ut poſſint viciſſim agere, & reagere pro miſti compoſitione. Interim

rim etiam calor debet agere ad ipſa reducenda in naturam homogeneam, ad quod faciendum coadjuvat etiam frigidum, & calorem temperando, & illa (ut dicebam) unita conſervando. Fit igitur inter elementa pro miſtione actio talis, donec ſint redacta ad unionem, quod eſt reduci ad eſſe ſimilare; & tunc actio calidi maxime viget, quia ſicuti illius eſſentia eſt facere ſimilaritatem, ita ejuſdem eſſentia eſt illam factam continere. Tunc autem dicitur eſſe facta ſimilaritas, quando quælibet pars miſti eſt miſta; tunc enim unumquodque elementum eſt in unoquoque, & facta eſt unio formarum ipſorum elementorum, ex qua reſultat unus actus eſſentialis, qui eſt forma miſti, ſub qua forma miſti calidum ſe habet ad continendam illam homogeneitatem. Et donec durat calidum in tali vigore, etiam miſtum conſervatur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

quando calidũ amittit ſuum vigorem, ut in putredine, etiam miſtũ reſolvitur. Quæ doctrina eſt evidens ex quarto libro Meteororum. Sic igitur ſe habet, ſimpliciter loquendo, conſtitutio miſti ex quatuor elementis, & ſic ſe habet calidum ſimpliciter in omni compoſitione, quæ fit ex quatuor elementis. Sunt modo dubitationes. Vna eſt quam excitavit Olimpiod. hoc pacto. Omnes quatuor qualitates ſimul cum quatuor elementis ſunt in miſto ad miſtũ conſtituendum: efficiens autem non poteſt remanere pars ſui effectus, quia ſic efficeret ſe ipſum. Quomodo igitur poteſt eſſe verum, ut inter qualitates elementales, calidum, & frigidum ſint effectivę? Altera dubitatio eſt. Nos obſervamus alia eſſe miſta à prædominio frigida, alia à prædominio humida, & alia ſicca quod videtur non poſſe eſſe, ſtante doctrina ſuperius poſita; diximus enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

enim calidum in omni miſto continere miſtionem adjunctã formæ ipſius miſti, hoc videtur inducere, quod omne miſtum ſit à prædominio calidum, quod ſi ſit verum, quomodo ſervabitur, quod aliqua miſta ſunt à prædominio frigida, aliqua humida, aliqua ſicca? Tertio dubitatur propter animata, & præcipuè propter animalia. In animalibus enim, & in omnibus animatis ſunt partes diverſæ, quæ ſunt diverſorum temperamentorum. Sequitur ex doctrina ſupra poſita, quod in diverſis partibus ſint diverſi calores cõtinentes diverſas ſimilaritates. Si autem hoc ſit, quomodo iſti calores in unum veniunt; ita ut dicatur miſtum animatum eſſe unum, & habere unum calorem ad ſe ipſum conſervandum nutritione, & aliis requiſitis ad opera vitæ? De his reſpondendum, quod faciemus in ſequenti.

DICTA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

DICTATVM SECVNDVM.

Diluuntur tres propoſitæ dubitationes. In omnibus compoſitis ex elementis eſt calor temperamenti, & hic eſt calor innatus. Et probatur.

PRima dubitatio ſic reſolvitur. Quando dicit Philoſophus calidum, & frigidũ eſſe effectiva, non reſpicit ad miſti pro ductionem, quæ debet fieri, quaſi velit dicere, quod ſunt cauſæ effectrices in productione miſti; ſed reſpicit ad duas alias qualitates, humidum, & ſiccum, & inquit, quod in cõparatione ad illas habent rationẽ effectivi, quia congregant, cõtinent, & terminant illas, dũ omnes ſimul mutuo agunt, & patiuntur. Quare nulla eſt dubitatio. Quod enim dicitur de efficiente, ipſum non remanere partem ſui effectus, intelligitur de primo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

primo efficiente rei, quæ efficitur, productivo. Adjungitur etiam, quod quando dicit Ariſtoteles, omnia elemẽta eſſe in miſto, iſtud eſt intelligendũ, quatenus omnia concurrũt ad miſti generationem, nihilominus proprie loquẽdo miſta tamquam ex materia ſunt ex terra, & aqua. Quod quidẽ dictum, ſi velit admitti caute eſt intelligẽdum. Etenim revera omnia quatuor elementa ſunt in miſto, tamquam materia receptiva actus, qui eſt forma miſti. Caute igitur (ut dicebam) recipiendum eſt illud dictum hoc modo; quod præcipue miſta conſtant ex terra, & aqua, quia iſta ſunt denſiora elementa, quæ videntur maxime eſſe ad ſoliditatem, & conſiſtentiam miſti. Sic dicebat Ariſtoteles ſecundo de Generatione textu 49. Terra enim ineſt omnibus, quia unum quodque eſt maxime, & multum in proprio loco. Cum itaque omnia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

miſta, vel ſaltem maxima pars ſint circa terram, & aquam, maxime, & multum de iſtis elementis debẽt participare. Quod etiam apparet ex ſenſu, quia videmus in omni miſtorum conſtitutione, rem ſic ſe habere. Et ratio ſuadet, quia ſi miſta debent conſervari ex loco, in quo ſunt, debent maxime conformia eſſe principiis ex eodẽ loco concurrentibus ad illorum productionem. Sic poteſt haberi aliqua rationabilitas illius dicti, alioquin falſum eſt, non eſſe omnia elemẽta in miſtis, quæ vere ſunt miſta. Tertium adhuc eſt obſervandum, quod qualitates elementares, per quas elementa veniunt ad miſtionem, ſunt inſtrumẽta externi efficientis, quod eſt ſemen in animatis, & ſimpliciter loquendo Cœlum, quatenus poſtea particulariter ſibi ſubordinat talem aliquam conſtitutionem in partibus Mũdi, ubi fiat generatio alicujus miſti.

Cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

Cum igitur calidum, & frigidum, ex quibus componitur miſtum, agant ad illam compoſitionem tãquam inſtrumēta, non eſt inconveniens eadē remanere, ut materiam, quia in naturalibus cauſa inſtrumentalis reducitur ad cauſam materialem. Ita ut propoſitio, quæ dicit effectivũ non remanere partem effecti, ſit ſemper intelligēda de proprio effectivo. Uno exemplo rem declarabo. Fit aurum, & argentum in mineris, & fit per miſtionem elementorũ mutuo agentium per has qualitates, ut diximus calidum, & frigidum. Ibi non ſunt prima effectiva loquendo, de frigido, & calido, ex quibus componuntur aurum, & argentum, ſed eſt virtus mineræ, quæ utitur iſtis prout eſt Cœlo ſubordinata ad omnia generãda ſui generis, & ſuæ conditionis. Hoc eſſe verum patet, quia ubi eſt minera auri, ibi non eſt præciſe argenti,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

quia vires ad hæc metalla generãda ſunt diſtinctæ. Quid ſit iſta virtus, & quomodo ſub Cœlo ordinata alicubi ſit, dicendum partim in Tractatu de Cœli efficientia in Mundum ſublunarem, partim in Tractatu proprio habendo de Metallis. Recurrere ſolent ad influentias, de quibus ſuo tẽpore dicetur. Altera dubitatio erat, quomodo poſſit eſſe, ut unum miſtum ſit aut frigidum, aut humidum, aut ſiccũ à prædominio; ex doctrina enim propoſita videtur dicẽdum omne miſtũ eſſe à prædominio calidum, poſtquam calidum eſt illud, quod continet miſtionem. Non eſt difficilis reſponſio, ſi dicta ſint bene intellecta. Dicitur calidum continere miſtum, & alia ad illud faciendum concurrentia in ratione ſolum ſimilaritatis, prout ſint redacta ad homogeneitatem, quia calidi eſt cõgregare homogenea, & hæc eſt ejus natura. Quomodocum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

cumque igitur ſit facta hęc homogeneitas, & cum qualicumq; prædominio, calidum proportionatum illam continebit. Modo in facienda hac ſimilaritate miſtorum, quæ debent generari, poteſt eſſe dominium molis cujuscumq; elementi, ita ut continentia, quæ tribuitur calido, nihil prohibeat, quin ſint miſta à prædominio terrea, & ſicca; à prædominio aquea, & frigida, ſive humida. Non enim ſub ratione talis naturæ dicuntur contineri in miſto à calido, ſed ſolum ſub ea ratione, qua devenerunt ad ſimilaritatem. Tertium dictum de varietate miſtorum, in animatis, quæ neceſſario inducit varietatem tēperamenti, & caloris, qui ſit calor temperamenti, unde videbatur non poſſe eſſe unum calorem, & unum miſtum animatum, non eſt difficile reſolvere,. quia ſicuti partes illæ ſic diverſæ ſimul proportionantur ad unum animatum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

conſtituendũ ſub una tantum forma, quæ eſt anima, ita illi calores temperamẽtorum diverſorum ſunt unus calor in proportione ad totum, & in proportione ad unam formam, ſub qua tota illa conſtitutio eſſentialiter eſt ordinata. Patebit autem in hoc tractatu ſuis locis, cur ita fieri oportuerit. Hactenus habemus in omnibus compoſitis ex elementis, eſſe calorem temperamenti, cujus eſt continere temperamentum, quia in ſui eſſe habet ſimilaritatem, & calidi eſt congregare homogenea. Accipite modo hanc concluſionem, quod iſte calor prædictus eſt ille calor, qui dicitur innatus, & ſit concluſionis probatio talis. Illud calidum, à quo provenit omnibus eſſe, & vivere, & quo altera to, alteratur in omnibus eſſe, & vivere eſt calor innatus, quia iſte calor, qui hæc præſtat, dbet à primordio generationis ineſſe quibuſcunque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

usque ad illorum deſtructionem. Sit minor talis. Sed illud calidum, à quo omnia talia proveniunt, nihil aliud eſt, quam calidum temperamenti. Ergo calidum temperamenti eſt calidum innatum; ut ſyllogiſmus breviter ſit iſte. illud, in quo conſtat eſſe, & vivere rerum eſt calidum innatum. Sed ita ſe habet de calido temperamenti. Ergo eſt calidum innatum. Major propoſitio etiam à Medicis concedetur. Minor vero demonſtrabitur ſuccedendo. Sed vos dicetis. Si res ita ſe habet, ut dictum fuit, in omnibus miſtis etiam inanimatis debebit poni calidum innatum; receptum tamen eſt calidum innatum poni in animatis. Sigillatim hæc omnia patebunt. Nunc iſtud accipite, quod calidum innatum eſt in omnibus miſtis, quamvis diverſimodé ſe habeat ad actiones, & uſus in his, & in illis. Sic Ariſtoteles quando definivit putre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

dinem, quæ eſt corruptio communis omnium miſtorum tam animatorum, quam inanimatorum dixit, putredinem eſſe corruptionem proprii, & nativi caloris, unde calor nativus agnoſcitur tamquam quid commune omnibus. Quæret aliquis ulterius. Quid dicimus calorem innatum eſſe in humido, & dicemus poſtea vitam eſſe poſitam in calido, & humido. Cur ſic? Loquendo generaliter (de vita poſtea dicemus) cur inquam ſic? Si calor continet ſimilaritatem miſti, in quo ſunt omnes qualitates, cur potius dicitur in humido, quam in ſicco? Ratio generalis eſt hæc, quam accipere poteſtis ab Ariſtotele ſecundo de Generatione textu citato. Debet calor temperamenti continere elementa in miſto temperata, hoc præſtare debet potiſſimum ſibi conjungendo illam qualitatem, quæ magis facit ad hanc unionē elementorum;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

torum; talis autem eſt humiditas, quia eſt veluti gluten, quo ſervantur conjuncta illa, quæ ſunt congregata, & eſt ratio terminationis aliorum, quę de ſe ſunt difficulter terminabilia. Ita dicebat Ariſtoteles, terra ſine humido non poſſet conſtare, ſed oportet illam humido contineri. Quandocumque enim humidum omnino ex illa auferatur, decidet (inquit Ariſtoteles.) Cum igitur ex duabus qualitatibus paſſivis humiditas ſit illa, quæ facit ad determinationẽ, & continentiam miſti, neceſſarium eſt calidum, quod debet continere illam, ſibi aſſociare. Et hæc eſt generalis ratio, cur calidum humido copulemus; ſpecialis poſtea in viventibus, pręſertim ob Medicos, qui ponunt calidum innatum, & humidum radicale, & propter etiam dictũ Philoſophi, quod vita conſiſtit in calido, & humido, aſſignabitur ſuo tempore.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

DICTATVM TERTIVM.

Docetur diverſitas exiſtendi, quam habet calidum nativum temperamenti in miſtis, ab ea quam habet in animatis. Similiter differentia humidi eidem adſociati. Cur vita dicatur poſita in calido, & humido.

HAbito ſermone univerſali, conſtitui continuare applicationẽ ad animata, ut diſputatio ſit brevior, & magis dilucida. Si enim interponerentur ſententiæ, & dubitationes, redderetur totum difficilius. Applicando igitur, quæ dicta ſunt ipſis animatis, hoc primo eſt conſiderandum, quam habeat calidum temperamenti diverſam rationem exiſtendi in animatis ab ea, quæ exiſtit in miſtis. Univerſalia conveniunt omnibus particularibus, ita ut illud, quod dictum eſt de calido cõtinere miſtionem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

quod facit ratione ſuæ naturæ, quæ eſt, ut congreget homogenea, ſit etiam retinendum in calido temperamẽti animatorum; quia, quod eſt eſſentialiter de univerſali, debet adeſſe omnibus ſub univerſali contentis. Sed præter hoc habet proprium aliquod, quod convenit calido temperamenti in animatis recepto. Calidum quidem in miſtis continet miſturam, ſed non habet vim agendi in ipſam; ita ut poſſit intrinſecè operari in ſuum ſubjectum. Præterea non habet agere intrinſece pro conſervatione ipſius miſti, ſed ſolum qua ratione continet miſturam, debet oppugnare extrinſecus occurrentibus, ut miſtum conſervetur. Et donec poteſt hoc facere tandiu miſtum conſervatur, quamdiu ab exteriori alteratur, ſic ut corrumpatur amittendo illam virtutem tunc miſtum deſtruitur, & ſi alteratio illa extrinſeca ſit à calore ambiẽntis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

bientis excedente ſymmetriam caloris temperamenti, ita ut eſſe calor temperamenti corrumpatur in ſuo humido, quod diximus illi aſſociatum, tum fit putredo, quæ eſt corruptio miſti, ut habetur quarto Meteoron in principio. Calidum modo temperamenti in animatis non ſolum habet iſta facere, ſed habet uſum pro animæ operibus, & poteſt agere intrinſece in ſuum ſubjectum pro conſervatione & ſui ipſius, & totius animati. Habet autem hoc facere prout eſt ſubordinatum animæ, quæ ad varia opera eſt deſtinata. Primum quidem opus animæ eſt nutritio, quia vita conſiſtit in nutritione. Iſte calor temperamenti prçcipue debet deſervire huic operi, quod facit concoquendo nutrimentum, & diſponendo partes nutriendas ad receptionem, veluti illas rarefaciendo, & tandem omnia præſtando, quæ pro nutritione requi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

requiruntur. Quoniam itaq; ſunt variæ partes nutriendæ, quæ requirunt varium calorem ſibi proportionatum, ideo ſunt varia temperamenta, & varie conſervanda in animatis, quæ quidem in omnibus conſervantur modo prædicto cum adjunctione ejus, quod paulo poſt dicetur. Nunc decet admirari ingenium Ariſtotelis, & obſervare ſoliditatem illius doctrinæ. Iſta varia temperamenta reſultarunt ex varia actione, & paſſione qualitatum elementarium, quæ cum ſint formatrices elementorum, neceſſario habent transmutationem, quæ eſt ſubſtantialis quocumque modo. Quare ſicuti in ſimilaribus iſta mutua actio deſinit in unam formam ſubſtantialem, quæ eſt actus unius temperamenti ſimilaris, & per totum eodem modo ſe habentis, ita hæc actio earundem qualitatum in miſto animato, quod eſt diverſorum tempe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

temperamentorum debet deſinere in unum actum ſubſtantialem; qui ſit aptus continere, & in unum colligere diverſa temperamenta, prout etiam diverſitas ipſarũ partium eſt ſimul materialiter colligata. Iſte actus talis eſt certe diverſus ab actu miſtorum, quæ ſunt prorſus ſimilaria, & hic eſt actus, qui dicitur anima. Et ſic Ariſtoteles mirabiliter fecit definitionem, quia tota contemplatio concordat ſenſatis. Derident ipſam, & dicunt. Dixit, quod eſt actus; quid ſignificat iſte actus? & alia talia digna fatuitate dicẽtium. Si fuiſſent verſati in natura, hoc vidiſſent, quod vidit Ariſtoteles, & eſt à nobis prædictum, & cognoviſſent, nihil eſſe quod potuerit explicare eſſentiam animæ, quam dicere, quod eſt actus corporis inſtrumẽtarii. Per hoc enim conſtituuntur animata in proprio gradu ſupra inanimata, & declaratur eſſentia illius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

illius actus, quo informãtur. Quoniam poſtea vidit Ariſtoteles, quod etiam operationes animæ, ut videre, & audire ſunt actus, & ſunt actus corporis inſtrumentarii; videre enim eſt actus viſivæ, & videre eſt actus oculi, qui eſt corpus inſtrumentarium. ideo rem omnem optime intelligens adjunxit, quod anima eſt actus primus, id eſt actus eſſentialis conſtituens eſſe organicum ad differentiam viſionis, quæ eſt actus ſuperveniens ipſi organo, quæ omnia organa per calidum prædictum vivificantur ad uſum operationum, ad quas ſunt facta, modo, & ratione inferius dicendis. Habemus hactenus diverſitatem, quam habet calidum temperamenti nativum in miſtis ſimilaribus, & in inſtrumentariis. Ne aliquid prætermittamus, quod poſſit facere ad doctrinam, & ad complementum conſiderationis, oportet etiam videre de differen-

tia hu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

tia humidi, quod diximus ſibi adſociare hoc calidum innatum, & oportet explicare, quomodo particulariter vita dicatur poſita in calido, & in humido; cum tamen calidum, & humidum ſint etiam in aliis miſtis, quæ vitam non habent. Ad memoriam revocate dictum ſuperius, quod humidū aſſociatur calido pro cōtinentia, quam debet facere calidum; humidum enim eſt veluti gluten, quo ligantur partes. Quare calidum per humidum melius, & facilius poteſt facere continentiam, hoc ſolum eſt in miſtis, quia ut dictū fuit, nihil aliud debet facere calidum in miſtis, quam continere. In animatis modo habet aliud opus, ut vidiſtis. Iſtud autem opus, univerſaliter loquendo, eſt agere ad vitam animati; agitur autem ad hoc primo per nutritionem; abolita enim nutritione, actum eſt de vita animati. Quare calidum ad alium

uſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

uſum ſibi in animatis humidum adjungit; debet enim fieri conſervatio animati per nutritionem. Nutritio fit per concoctionem alimenti. Et concoctio alimenti, quæ facit ad nutritionem, eſt præcipue elixatio, quæ elixatio fit per calidum, & humidum. Et primæ partes, quæ ſunt nutriendæ in animali, (talis autem eſt caro) habent hoc temperamentum, ut calidæ ſint & humidæ. In aliis ſiccioribus fit concoctio per calidum, & humidum, licet minus humidum, quod etiam humidum facit ad faciliorem receptionem, & ad meliorem diſtributionem. Aſſociat igitur ſibi calidum humidum, quod vocant radicale propter hujuſmodi uſum, præter continentiam communem etiam miſtis inanimatis. Vita vero dicitur recte poſita in calido, & humido, quod & ſenſu videmus, quia ſenes ad mortem tendentes frigidi ſunt, & ſicci. De re igitur

nullum eſt dubium. Ratio vero, cur dicatur vita eſſe in calido, & humido, ſi etiam in his, quæ non habent vitam, eſt tamen calidum, & humidum, ſatis habetur ex ſuperioribus, quia ad calidum, & humidum, in quo conſiſtit vita, requiruntur illæ operationes, quæ ſuperius ſunt dictæ, quas non poteſt habere calidum in corpore ſimilari; requiritur enim diverſitas partium propter diverſitatẽ actionis, quæ requirirur ad complementum talium operationum. Exemplo: Debet cibus converti in carnem, requiritur multiplex actio, quæ varias partes diverſorum temperamentorum requirit. Ventriculus facit unam coctionem, Hepar ulteriorem, Cor exactam, inde autem ad partes diſtribuitur nutrimentum, quod debet partibus aſſimilari per actionem proprii caloris. Tertium unũ eſt conſiderandum, quod calor

tempe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

temperamenti in animatis eſt varius in variis partibus variè temperatis; cum tamen animatum ſit unum, oportet huic calori attribuere aliquam unitatem, & ideo oportuit in perfectis animalibus adeſſe cor, quod ſua actione ſanguinem, & ſpiritũ faciat, quos transmittat ad partes ratione uſus, qui dicendus erit.

DICTATVM QVARTVM.

Datur unum calidum commune, quod eſt fons, & principium totius caliditatis. Et hoc eſt poſitum in corde in perfectis Animalibus.

VAriæ partes, quæ fuere requiſitę ad Animal cõſtituendũ etiam materialiter, quaten⁹ ſcilicet corporeæ ſunt, ſimul cõnectuntur, quod requirit animalis unitas, ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

bent poſtea etiam pleniorem cõjunctionem ſub forma, quæ eſt anima, cujus quidem animæ cum præcipuum inſtrumentum ſit calor, oportuit etiam uniri calores varios variorum temperamentorum in variis partibus, ratione unius communis caloris, qui eſſet tamquam fons caliditatis in reſpectu ad alios calores; ideo natura conſtituit cor tamquã præcipuum membrum, & caloris fontem, & providit, ut ab ipſo derivaretur calor per totum diffundẽdus, quod fit per ſpiritus, & ſanguinem, qui à corde ad omnes partes transmittuntur. Iſte autem calor ſic per ſpiritus, & ſanguinem transmittendus eſt generatus ex ciborum transmutatione à calido temperamenti ejuſdem cordis. Vnde ſicuti temperamentum illud, cum ſit temperamentum principii, habet veluti communem proportionem ad omnia temperamenta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

quatenus ſunt vitalia, ita calor iſte ſic generatus ab hoc primo temperamento habet proportionem ad omnia temperamenta calorum in omnibus partibus, prout etiam illi ſunt calores deſervientes ad opera vitæ. Iſte vero calor ſic participatus habet vim excitandi, viviſicandi, & fovendi omnes partium calores ea ratione, qua omne principium habet facultatem ad omnia principiata conſervanda, & perficienda. Quare hic non eſt diverſus calor; nam ſimiliter eſt productus à calore temperamenti ipſius principii, qui quidem calor, ut dixi, fuit neceſſarius ad illud perficiendum, quod propoſuimus. Quoniam vero ſunt varia temperamenta, & ideo debuit ipſe varie applicari pro illorum fomentis, ideo facta ſunt à natura aliqua inſtrumenta ipſi cordi ad id præſtandum, veluti factum eſt cerebrum ad refrige-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

rationem pro ſenſione. Omnino autem principium eſt virtute totum, & principium eſt hujuſmodi naturæ, ut quadret, & conveniat omnib⁹ principiatis ſecundũ convenientiam in illis requiſitam. Vnde iſte calor eſt ſic ad vitam temperatus, ut facilè accommodetur cuicunque temperamento ad vitam facto. Vnde recipitur in partes ſecundum modum, & rationem recipiendi illis cõvenientem. Hæc enim eſt propria illius natura, ut taliter ſe habeat. Et præterea tritum eſt illud, quod omne, quod recipitur, recipitur per modum recipientis. Vnde variis partibus recipientibus iſte calor varie aptatur, prout illæ partes requirunt. Hunc vocant Medici calorem influentem. Nos non curamus de vocabulo, & de appellatione, modo res intelligatur; quæ forte non eſt aliter intelligenda, quam modo prædicto. Dicet aliquis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

quis. Iſta temperamenta varia, & iſta opera caloris, & animæ, diverſa ſunt etiam in plantis, & in inſectis, & omnino in animatis, quæ cor non habent. Quomodo igitur ſe habet in illis, id quod attinet ad varias operationes, & ad unionem multorum calorum diverſorum temperamentorum, ſi ibi non eſt cor, quod ſtatuimus eſſe talium principium? Hic oportet accipere doctrinam, quam habet Ariſtoteles in libro de Reſpiratione, quæ eſt doctrina certiſſima, cum ſit conformis ſenſatis. Inquit Ariſtoteles. Reſpiratio eſt ad refrigerandum principium, quia calor requirit talem refrigerationem. Vnde ubicunque habeatur refrigeratio, quæ præſertim eſt neceſſaria ob nutritivam, non erit neceſſaria ulla reſpiratio, modo per aliam viam refrigeratio poſſit haberi, quia reſpiratio non eſt neceſſaria, ut reſpiratio, eſt neceſſaria, ut re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

frigerans. Si ergo alia via habeatur refrigerium, fruſtra erit reſpiratio. Habetur autem ex continente,& ex ipſo nutrimento. Satis plantæ refrigerantur nutrimento, quod aſſumunt ex aqua, & terra; ſatis etiam ex ambiente. Piſces nõ reſpirant; ſatis etiam, & ipſi ex hoc habent refrigerium, dum vivunt in aqua.Similiter inſecta, & aere,& nutrimento ſufficienter habent refrigerium. Sic igitur in noſtro hoc propoſito fuit neceſſarium cor in animalibus perfectis,& cor faciens operationem,quam diximus, quia animalia perfecta ſunt multum diſſimilaria, & organizata, & habent multam varietatem partium, & temperamentorum. Plantæ, & Animalia prædicta ſunt parum diſſimilaria, & fere per totum ejusdem temperamenti, licet cum aliqua varietate. Vnde pro præſtando eo, quod præſtat cor in perfectis, ſufficit continuatio ipſorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

rum cum ea parte, quæ eſt in illis proportionalis cordi; eſt autem illa in Plantis, à qua mittuntur radices ad trahendum alimentum. Et tanto magis hoc ſufficit, quia illa pars porportionalis cordi eſt ut plurimum veluti adgenerata omnibus partibus, vel pluribus, & per totum diffuſa. Sic videmus ſurculos plantæ acceptos, & terræ impoſitos mittere radices, & novam plantam germinare, quod non eſſet, niſi etjam per ramos eſſet diffuſa quomodocumque pars illa principalis, quæ dicitur ſubire proportionem cordis. Idem videmus in animalibns inſectis, quæ ſi dividantur, partes tamen aliquamdiu ſentiunt, & moventur; non poſſunt autem vivere, ut plantæ, & partes plantarum propter defectum inſtrumentorum. Sic igitur bene dictũ eſt, quod de corde in perfectis animalibus eſt dictum. Adeo vero

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

neceſſarium eſt, calidum à principio profluens, ut ſine illo alia calida in temperamentis partium non poſſint obire ſua opera, & hoc eſt naturale, & ſenſatum, quia à principio omnia dependent, & ſine principio nullum principiatum, aut operabitur, aut etiam erit. Sic ceſſante motu Cæli, quod quidem Cœlum per motum habet rationem effectivi ad omnia ſublunaria, nullus erit motus, nulla effectio, nullũ bonum in ſublunaribus. Sicut dicebat Plato. Si Deus, qui eſt omnium principium, ſeſe abdicet à Mundo, Mundus non erit, ſed in chaos revertetur, & in illud ens inordinatum, ex quo idem Philoſophus dicit, illum à Deo fuiſſe factum. Eſt hoc calidum in humido fundatum, ut ſupra etiam diximus ſimpliciter de calido omnium tẽperamentorum. Iſtud autem humidum debet eſſe ſic temperatum, ne ſit congelabile, aut facile
exſic-

exſiccabile. Quare debet habere medietatem quandam inter aereum, & aqueum; humidum enim aqueum facile congelatur, ita ut videamus plantas, in quibus forte ſit plurimum humidi aquei, in hieme per ingentia frigora congelari, ut propemodum faciunt flumina, & diſrumpi, & mori. Sed de hoc erit poſtea ſermo, quando tractandum erit de Juventute, Senectute, Vita, & Morte.

DICTATVM QVINTVM.

Calidum innatum eſſe calidū temperamenti, ipſumq́; calidum elementi iterum probatur. Redditur ratio, quomodo ſtante hac ſententia fiant morbi, & febres.

Confirmatio, quod calor innatus debeat eſſe calor temperamenti, & calor elemētaris adhuc poteſt haberi ex iſtis. Primo non

eſt du-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

eſt dubium, quin omne minimum in corpore animato debeat participare calidum innatum; ita ut calidum innatum debeat eſſe ubique. Et ratio eſt, quia quodlibet minimum in corpore animato vivit, & nutritur, nihil autem poteſt vivere, & nutriri ſine hoc calido. Ratio itaque ſic formabitur, calidum innatum debet eſſe ubique per totum corpus animatum, ſic ut nullum minimum eo deſtituatur. Sed ſolum calidum temperamenti poteſt eſſe hujuſmodi. Quare calidum temperamenti erit calidum innatum, & nihil aliud poterit hoc eſſe, niſi calidum, quod eſt ex temperamento. Minor propoſitio eſt clara, quia ad temperamentum, & miſtionem concurrunt quatuor elementa, quæ per totum miſtum ſecundum omne ſignum ſenſibile uniuntur ſub forma, quæ calido utitur ad continendam miſtionem in aliis, in ani-
matis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

matis vero etiam ad alia opera. Quod etiam iſtud calidum debeat eſſe calidum elementare, ſatis eſt compertum, quia habet operationes calidi elementaris; etenim habet ſegregare heterogenea, & cõgregare homogenea pro facienda nutritione, quæ ſunt operationes calidi elementaris. Adjungite ulterius, quod iſtud calidum innatum debet habere cõtrarium; etenim quicquid fit per ipſum in corporibus animatis fit per materialem, & naturalem actionem, & paſſionem. Modo actio talis, & paſſio requirunt contrarietatem, quia unum debet transmutari in aliud, ut cibus in carnẽ, quod non poteſt fieri, niſi per transmutationem materiæ de una in aliam formam. Hoc autem non poteſt eſſe niſi ratione contrarietatis. Omnino ſi conſideremus omnia opera, quę proveniunt in corporibus animatis à calido innato, non poſſunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

eſſe opera, niſi caloris elementaris. Habeamus unum exemplum. Sit Apoſtema. Calor debet agere ad illud evincendum (non adjungamus nunc medicamenta) Calor ſi fuerit fortis, per ſe illud ſuperabit; debet autem ſuperare non aliter, quam materiam concoquendo, ut poſſit illam expellere, ut poſtquam concoxerit, idem calor per ſe ipſum disrumpet Apoſtema, & materiam foras mittet. Si quispiam eſt, qui poſſit dicere, hæc non eſſe opera caloris elementaris, & caloris contrarium habentis, poterit etiam dicere alia diſſona contra ſenſum & ad libitum. Cum igitur operationes appareant evidenter caloris elementaris, qui poſtea non eſt calor, niſi temperamenti, neceſſarium eſt dicere calorem innatum, quo anima utitur ad cõſervationem animati eſſe calorem temperamenti. Hic libet duo conſiderare, quæ ſimiliter
hanc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

hanc rem declarabunt. Unum eſt, quomodo ſtante hac ſententia, quam nos ponimus, fiant morbi, & febres præcipue. Alterum eſt, quod dicunt de actuandis medicamentis à calore propter expulſionem humorum febrẽ facientium. De utroque brevibus. Quantum ad primum. Notum eſt, iſtum calorem temperamenti eſſe poſitum in mediocritate, & in temperie. Contingere igitur aliquando eſt neceſſarium, ut ab aliquibus quibuscunque valde alteretur, & opprimatur. In omne, quod illi objicitur, agit vel ad uſum pro nutrimento, vel ad expulſionem ratione nocumenti. Cum igitur illi objicitur aliquid, quod non faciat ad uſum nutrimenti, quinimo deturbet illum calorem nativum à ſua mediocritate, tunc inſurgit ad agendum contra illud pro illius expulſione. Dum autẽ non poteſt ipſum concoquere; ita ut illi dominc-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

minetur, & ipſum expellat, actio ſemper magis invaleſcit, & dum recipitur calefactio in illam materiam lædentem fit vigoroſior caliditas. Et ſi ſimus in termino caliditatis, qui requiritur ad febrem, fit febris. Unde etiam à Medicis recte dictum eſt, quod febris eſt converſio nativæ caliditatis ad igneam, quæ quidem converſio fit, & intelligitur modo prædicto, quatenus ſcilicet calor nativus agit in obſiſtens, nec poteſt illud vincere, reflectit enim quodammodo ſuam actionem in ſeipſum, & ſic removetur à moderatione, quæ ſibi naturaliter eſt conveniens, & fiunt febres. Ita videmus etiam multiplicari calorem factum à Sole cum occurrit alicui reflectenti. Actio enim, quæ deberet ulterius progredi, revertitur verſus ſuum principium, & multiplicatur, & invaleſcit. Ita docebat Ariſtoteles in primo Meteoron, & habere

pote-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

poteſtis in lectura ſcripta illius libri, ubi agitur de calore facto à ſole. Pro varietate poſtea materiæ, in quam agit calor ad expellendum, fient acrimoniæ, & variæ affectiones caloris, qui dicitur Febrilis per totum corpus. Et ſi vos advertiſtis, quod ſupra diximus de communicãtia calorum temperamenti particularis cum communi calore, qui eſt in principio quod eſt cor, facile cognoſcetis, quomodo etiam, quando putreſcit aliquis humor in aliqua parte ſeparata, ut in ventriculo, vel hepate, vel ſecundum aliquem morbum particularem, ut in aliquo Apoſtemate, communicetur tamen noxa cordi, ex cujus affectione fit febris. Hoc ſane principio reſpondebitis, de omnibus contingentibus circa quoſcumq; morbos, in quibus eſt affectio caloris: Nunc ſit ſatis dixiſſe, quia res, quam agimus ulterius non requirit. Alterũ dictum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ſic dilucidatur. Natura fecit in partibus fibras ad attrahendum, retinendum pro cõcoctione, & ad expellendum. Quare concoctio, quæ nihil aliud eſt pro nunc, quam dominium caloris naturalis ſupra materiam, quæ eſt concoquenda, quare inquam, iſta concoctio, vel eſt ad retinendum, vel eſt ad expellendum; calor enim nunquam expellet aliquid morboſum, niſi illi dominetur; unde eſt præceptum, concocta medicari. Quando igitur accipiuntur medicamenta, naturalis calor debet agere ad ipſa concoquenda, quia debet acquirere dominium ſupra illa, ut poſſit illis uti prout ſunt idonea ad nutritionem, ſi poſſunt nutrire, ad expulſionem ſi non ſunt nutritiva. Agit igitur in ipſa, & concoquit alterando pro acquiſitione hujus dominii, quando illa jam alteravit, ſic, ut acquiſiverit illud dominium, forte illa reſolvendo in vapores,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

pores, aut quomodocumque aliter ea alterãdo ad acquiſitionem prædicti dominii. Tunc poſtquam illa non ſunt nutritiva, debent expelli, quod ſtatim aggreditur calor, unde rationabiliter ſequitur, ut in hac expulſione medicamentorum ea ſimul expellantur, quæ cum illis habent proportionem. Natura enim valida undique excitatur, & ſimul cum expulſione medicamenti, quod jam factum eſt excrementum, expellit illos humores, qui habebant proportionem cum medicamento & ſunt præparati ad expulſionem. Vnde recte dicitur, quod ſi purgentur qualia purgari oportet, confert, & facile ferunt; purgantur autem, quando calor dominatur, & poteſt naturaliter operari ad cuſtodiam ſui ipſius, & expulſionem lædentium, quæ quidem lædentia ſiunt ita diſpoſita, ut non amplius reluctentur. Si contingat, ut ſint male

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

diſpoſita male propinaverit Medicus medicamentum & fiet evacuatio cum dolore, & læſione. Præſertim autem advertendum eſt, ut calor dominium acquiſiverit; ſic fit purgatio per medicamenta, & hoc eſt, quod dicitur de actuandis medicamentis, id eſt reddendis aptis ad illud prȩſtandum, propter quod fuere exhibita, quod fit à calore concoquente modo prædicto. Iſta omnia, ni fallor, ſignificant hunc calorem debere eſſe per totum, & hunc calorem debere eſſe elemẽtarem. Quibus dictis, poteſt adjungi, quod calor iſte repatitur agendo, alteratur, diminuitur, extinguitur quantum ad illud, quod habet in officio vitali; remanet enim etiam in cadaveribus quantum ad officium, quod habet in continentia miſti. Quæ omnia, ſi vultis bene intelligere recurrendum eſt ad antedicta: videbitis enim omnia cõſona; & nos ſtrictim dici-
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

dicimus, quia non decet in talibus tractatibus occupari in multa, & inani ſcriptione. Stantibus autem dictis poterit aliquis dicere, ſi calidum innatum eſt calidum temperamenti, & humidum illi proportionatum eſt humidum temperamenti, jam omnis complexio viventis erit calida, & humida, quod eſt contra omnem rationem, & videtur contra ſenſum. Reſponſio debet eſſe hujuſmodi: ſi vita cõſiſtit in calido, & humido nõ eſt dubium, omne vivens eſſe complexionis calidæ & humidæ. Quod autem in hoc cõſiſtat, præter dicta Ariſtotelis, & omnium, eſt etiam ſenſus; quia ſenectus, quæ eſt diminutio vitæ, tendit ad frigidum, & ſiccum, & mors nõ eſt niſi frigida, & ſicca. Quod autem dicitur de multiplicitate complexionum eſt veriſſimum, ſed illud intelligitur ſuppoſita vita, & comparative; nulla complexio eſt frigida, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ſicca niſi comparative prout minus habet de calido, & humido; nihilominns ſi calidum, & humidum vitale abſit, actum eſt de vita. Recurratis ad illud, quod in principio diximus, quomodo ſtante dominio calidi in omni miſto ſint tamen aliqua à prædominio frigida, ſicca, humida; hoc enim nihil repugnat, quia in miſtis dominatur calidum & humidum ſolum ad continentiam, non quantum ad molem, & quantitatem, ut etiam in animatis calidum, & humidũ habent dominium vitale in reliquis ratione majoris, vel minoris participationis alicujus elementorum frigidorum. Poteſt eſſe complexio cujuſlibet alterius conditionis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

DICTATVM SEXTVM.

Proponitur opinio eorum, qui dicunt calorem nativum eſſe ſpiritum, & in ſpiritu reponi.

QUamvis ea, quæ dicta ſunt, ſenſatis maxime ſint cõſentanea, in quo dicebat Averroes, & Ariſtoteles conſiſtit experimentũ ſermonum verorum; tamen ſunt ad hoc propoſitum opiniones mirabiles, de quibus breviſſime dicendum. Relinquemus autem modernis ſua dicta, verſabimur, ut diximus in Alberto, & in Galeno. Albertus libro 20. de Animalibus, cum conſideraſſet uſque ad quintum caput elementorum conſtitutionem in corporibus animalium, aggreditur in quinto capite conſideratione opinionis nonnullorum, qui voluerunt cœli ſubſtantiã etiam reperiri in corporibus animalium, quam quidem opinio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

nem proponit in illo capite cum omnibus fundamẽtis loquentium in illa. Sexto capite illam reprobat, ſeptimo reſpondet argumentis. Habebitis igitur apud ipſum pleniſſimam doctrinam, quam nõ eſt neceſſarium tranſcribere. Accipiam ego omnia brevibus, & ſtudebo ut nihil remaneat dubiũ. Fuit igitur una opinio, quæ forte fuit illorum, qui chymicæ incumbunt, quia hoc, quod dicitur Cœlũ eſſe in corporibus animalium, ampliaverunt etiam ad miſta aliqui ut per ſublimationem abſtraherent quintam eſſentiam ad decipiendos ſciolos, & ignaros. Ponunt igitur iſti, quicunque fuerint, Cœli ſubſtantiam reperiri in corporibus animalium. Habent hoc fundamentum. Corpora Animalium habent in ſe quatuor elemẽtorum qualitates; iſtæ ſunt invicem contrarię: contraria ſimul poſita neceſſario agunt, & patiuntur

invi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

invicem, quod debebunt facere calidum, & frigidum, humidum, & ſiccum in miſtura. Quare neceſſarium eſt, miſturam diſſolvi, niſi ſit aliquid continens. Iſtud continens non poteſt eſſe de natura elementorum, quia omnia invicem ſunt ejuſdem conditionis. Ergo debet eſſe de natura ſuperiori, quæ eſt Cœlum, cujus eſt continere, & gubernare totum mundum ſublunarem. Argumentum itaque erit iſtud. Requiritur continens contraria in unione. Hoc non poteſt eſſe aliud, quam ſubſtantia cœleſtis, vel aliquid de ſubſtantia cœleſti. Ergo oportet in corporibus animaliũ eſſe aliquid de ſubſtantia cæleſti ad præſtandũ hoc officium. Simile argumentum habet Ariſtoteles contra Empedoclem, qui dicebat animã eſſe ex elementis juxta poſitis. Dixit Ariſtoteles. Elementa ſeparabuntur, niſi ſit aliquid, quod illa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

retineat congregata; hoc autem erit ſupra illa, & ideo erit anima, quæ hac ratione debet eſſe aliquid ſupra elementa. Accepta ſic concluſione ſequuntur poſtea ad inveniendum, quid ſit hoc cœleſte ſubſtantiale, quod eſt in corporibus animalium; & inquiunt, hoc eſſe lucem, quam probant eſſe ſupra ſubſtantiam elementorum; etenim ſolum cœlum lucet, nullum autem elementorum, neque etiam ignis in propria ſphæra. Dicunt igitur, lucem eſſe illud cœleſte, quod eſt in corporibus Animalium. Hic illi ipſi poſtea ſunt diverſi. Quidam dicunt, lucem eſſe corpus; quidam ſolummodo eſſe quid corporeum. Loquemur cum iſtis poſtremis. Dicunt, lucem eſſe formam, & omnem formam recipi in aliquod ſubjectum. Quare in corporibus Animalium eſſe ſpiritum, in quem lux recipiatur ad illud formandum, ita ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

conſtituant ſpiritum eſſe de natura lucis, quod poſtea multipliciter probant. Albertus prolixe proponit omnes vias, quæ ſunt uſque ad decem. Nos accipiemus breviter illa, in quibus conſiſtit rei declaratio. Probant igitur ſpiritum eſſe de natura lucis, quia ſpiritus in corporibus animalium ſe dilatat ad omnem diametrum, ut etiam facit lux in univerſo; pertingit enim ſpiritus per totum corpus ſecundum omnem corporis dimenſionem, hoc autem non poteſt eſſe elementare, quia motus elementorum ſunt determinati ad unam tantum loci differentiam. Adjungunt, quod movetur ſpiritus in modum pyramidis, ut etiam facit lux, quæ à Sole procedens, & habens in eo veluti conum pyramidis ſeſe extendit per totum ſecundum baſim; ita ſpiritus per diaſtolen expanditur à corde ad omnia, per ſiſtolen ſeſe reſtringit ad cor,
tam-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

tamquam ad centrum, quod ſignificat ſpiritum habere à corde exitum pyramidalem. Quapropter etiam cor figuram pyramidalem fuit ſortitum. Adjungunt, ſpiritum in corde ſubito moveri, quod non eſt alicujus elementorum, ſed luci convenit, quæ eſt de cœleſti ſubſtantia; hinc eſt (dicunt) quod dicimus ſpiritus lucidos, tamquam à luce naturam habentes. Accedit, quod qualitates elementorum non movent niſi ad formas aut elementorum, aut miſtorum ex elementis; ſpiritus autem lucidus movet ad formã viventis, quæ quidem vita eſt quid ſupra elemẽta, & miſta, quare non poteſt eſſe de natura elementorum. Adjungunt qualitates elementorum eſſe unius tantum effectus ſimplicis; ſpiritum vero eſſe ad plurimos effectus: ad nutriendum, ad expellendum, ad ſentiendum, & ad omnes alios effectus, in quibus

con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

conſiſtit eſſe vitale. Cum itaque hoc totum ſit ſupra elementa, neceſſarium eſt etiam, ſpiritum eſſe ratione ſuæ formæ aliquid ſupra elementa. Quod ſupra elementa, eſt cœlum. Ergo oportet ſpiritum eſſe de ſubſtantia cœleſti, quod erit ratione lucis. Conſiderant etiam modum actionis, & inquiunt, actiones elementorum non prodire abſque contrarietate, quinimo non eſſe propter aliud, quam propter contrarietatem. Dicunt autem ſpiritum facere omnia, quæ facit abſque contrario; vivificat enim viſivam in oculo, auditivam in aure abſque ulla contrarietate. Subjungunt, ſpiritum eſſe illum, qui membris invehit virtutes, tunc dicunt: Illud, quod invehit alicui, debet eſſe aliquid diverſum ab illo ſecundum ſubſtantiam, & naturam. Spiritus invehit virtutem membris. Ergo debet eſſe aliquid ſubſtantia diſtinctum à ſubſtantia

mem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

membrorum. Subſtantia membrorum eſt ſubſtantia elementorum, quia ſunt ex elementis; quare debet eſſe aliquid ſupra elementa. Quod eſt ſupra elementa eſt ſubſtantia cœleſtis. Ergo ſpiritus eſt de ſubſtantia cœleſti. Qui quidem ſpiritus videtur omnino debere eſſe talis ex ea conditione, quam habet in ſe ipſo, quæ quidem conditio eſt propria lucis; ſicut enim lux contrahitur ad lucidum ibi ſe uniendo, ita etiam ſpiritus contrahitur ad unum in acumine cordis. Augetur etiam ſpiritus diminuto corpore, & aucto minuitur, quod non convenit naturis elementorum. Præterea elementum, & elementatum, quod eſt miſtum, ſunt unius tantum eſſe, & unius tantum formæ; ſpiritus eſt multiplicis eſſe, & multiplicis formæ unus, & idem exiſtens; eſt enim ſpiritus in corpore naturalis, vitalis, animalis, quæ omnia requirunt naturam

ſupra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ſupra naturas elementorum. Quocirca evidens eſt, Cœlum reperiri quantum ad ſuam ſubſtantiam in corporibus animalium. Veniunt uſque ad hoc, ut dicant in morte hoc videri; & populi teſtimonio utuntur; dicimus enim morientem trahere ſpiritum, & de facto videmus morientes ita anhelantes, & videmus exitum ſpiritus in ultimo termino, tamquam is incorruptibilis exiſtens aufugiat corruptibilitatem. Vnde ſi petatis ab iſtis de calido innato, debebunt dicere, vel eſſe hunc ſpiritum, vel conſiſtere in hoc ſpiritu: iſte enim ſpiritus eſt, quia omnia facit in corporibus animatis, quod quidem diximus eſſe opus calidi innati. Ita breviter accepimus, quæ prolixius Albertus: breviter etiam accipiemus reprobationem & rationum reſolutionem.

DICTA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

DICTATVM SEPTIMVM.

Reprobatur opinio allata ex Alberto, & ex propria ſententia, & excluditur ſubſtantia cœleſtis à miſtionibus elementorum.

ALbertus, ut dicebamus, reprobat opinionem, poſtea reſpondet argumentis. Nos breviſſime colligemus, quæ ſunt opportuna; alia in ipſo videbitis. Reprobatio in hoc debet conſiſtere, quod non declarant modum, ſecũdum quem ſubſtantia cæleſtis veniat in corpora animalium, nec declarant, quomodo ſit poſſibile, ipſam uniri in miſtura elementorũ abſque actione, & paſſione. Dicebat igitur Albertus, iſtud quod à Cœlo de illius ſubſtantia venit, vel reperitur in corporibus Animalium, vel generatur in elementis, dum ſcilicet cõmiſcentur, vel ſi eſt lux, aut aliquid tale penetrat corpora animalium,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

lium, non tamen à cœlo ſeparatur, vel eſt aliquid ipſius Cœli, quod ſeparatur à cœlo, & deſcendit in corpora animalium. Si primum dicatur, oportet iſtud eſſe generabile, & conſequenter corruptibile, quare ſubſtantia cœli erit generabilis, & corruptibilis. Si ſecũdum, ita ut dicamus exempli gratia lucem penetrare corpora animalium, non tamen à cœlo ſeparari, ſequeretur omnia corpora animalium eſſe cœlo continuata, quod eſt valde ridiculum. Imo ſubjungebat Albertus, lux eſt viſibilis, quare hæc cõtinuatio erit viſibilis. Si velint tertium. Quod ſeparatur à cœlo, & eſt de illius ſubſtantia & dicitur eſſe lux, vel eſt res corporea (ut volunt aliqui dicentes lucem eſſe corpus) quonam modo poterit talis ſubſtantia recipi in corpus animalis, ita ut per totum habeatur? neceſſarium quippe erit corpus penetrare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

corpus. Quod ſi non per totum habetur, & in hoc conſiſtit calidum innatum, jam non erit ubique calidum innatum, ut debet eſſe. Præterea valde novum eſt, hanc unionem iſtius ſubſtãtiæ corporeæ ſic à Cœlo procedentis fieri ſine actione, & paſſione, præſertim cum debeat fieri in cõmiſtione elementorum, quæ eatenus uniuntur, quatenus ſimul agunt, & patiuntur. Quæri etiam poſſet, quomodo movetur à Cœlo ad animalia. Si à ſeipſa, erit animata. Si ab alio, aſſignetur movens. Si violẽtia, aſſignetur imperans violentiam, & erit inconveniens violentia moveri ad conſtitutionem animalis, id, quod eſt in illo præcipuum. Si natura movetur Cœlum, habebit duos motus naturales ſimplices circularem, & rectum deorſum. Si lux, quæ ſit qualitas incorporea huc deſcendit, quæritur, quomodo poſſit moveri per

ſe id,

ſe id, quod non eſt corpus; ſi enim illuminat uſque ad nos, non illuminat, quia lux ſeparetur à Cœlo, & huc veniat, ſed illuminat alterando perſpicuum, facultatem ſcilicet in aere, & aqua idoneam alterari ad eſſe lucidum. Omnino autem, ſi aliquid ſubſtantiæ cæleſtis deſcendit ad conſtitutionem corporum in animalibus, certum eſt Cœlum jam debere eſſe valde diminutum, ſemper aliquo ab eo recedente de ſubſtantia illius. Si dicerent, illud reverti, inciderent in ſomnia, quæ dicit Albertus, nec habent ſenſum, nec habent rationem, quæ de illis poſſint atteſtari. Hoc ſatis ſit. Reliqua in Alberto. Lucem autem non eſſe corpus nec lumen defluxum corporis, habebitis ab Ariſtotele in ſecundo de Anima, & ibi præclaram diſputationẽ Ioannis Grammatici, quemadmodũ ad idem etiam habebitis Alex. in lib. de Senſu, & ſenſibili.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

Reſpondēdũ modo eſt ad rationes in quibus ad vitandã prolixitatem per capita procedemus. Sunt igitur rationes, quæ ſpiritum contendunt eſſe de natúra lucis, & ſunt acceptæ ex motu. Sed antequam has reſolvamus, dicendũ eſt aliquid de ratione, qua probant quintam ſubſtantiam debere eſſe in corporibus animalium. Et ratio eſt, quia elementa debent contineri, nec poſſunt contineri præterquam à ſubſtantia ſuperiori, quæ ſit Cœlum. Iam diximus hanc continentiam eſſe neceſſariam, & declaravimus illam demonſtratione ſenſata. Continens quippe eſt forma, & in animatis anima, continet autem interventu caloris, cujus eſt congregare homogenea, ut ſuperius eſt dictum. Vnum nunc adjungite, quod tantum abeſt continens debere eſſe quid ſuperius, ita ut ſit alterius generis, quod quinimo talę nullo modo poteſt conti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

continere. Quod enim continet illa, quæ fiunt unum per transmutationem, debet eſſe terminus tranſmutationis. At terminus trãſmutationis eſt in eodẽ genere. Ergo quod talia continet, debet eſſe ejuſdem generis. Cum itaque ſubſtantia cæleſtis ſit alterius generis, penitus illi repugnat talis continẽtia, quæ ſi fieret ab aliquo genere diverſo, illud miſtum non eſſet unum, niſi ab extrinſeco, & ita unum, ut faſcis lignorum ligatus, ut docet Ariſtoteles quinto Metaph. capite de uno. Si iſtud continens eſt unum tamquam terminus tranſmutationis, tunc vere, & proprie miſtum cõtentum ſervat unitatem. Hoc accipite, ſi factis omnibus membris corporis humani ſervaretur continentia ad unam intelligentiam, impoſſibile eſſet illam continere, quia eſt actus ſeparatus, qui de ſe non habet proportionem ad talem materiam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

qualis eſt commiſtio elementorum ad facienda temperamenta corporis animati. Ideo Averroes ponens intelligentiam in homine ponit ipſum hominẽ habere prius eſſe unum, & eſſe hominem ab anima, quæ ſit prædita facultate cogitativa, quæ eſt proprius actus reſultans naturaliter ex illis temperamentis. Quæ modo dicuntur de motu, ad oſtendendum quod ſpiritus ſit de natura lucis, pingui quadam minerva dicuntur, & ſunt ſimiliora nugis, quam doctrinæ. Nam aliud eſt conſiderare ſpiritum, prout eſt talis natura corporea, in qua dominetur ſive aer, ſive ignis, quod eſt conſiderare ipſum pure naturaliter; aliud eſt conſiderare ſpiritum inſtrumẽtarie, prout eſt inſtrumentum animæ ad vivificandum, & operandum. Quando accipitur hoc modo, ut debet accipi in corporibus Animalium, debet habere motum qualemcunq; ei præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ei præbeat anima, quæ illo utitur ad varia opera. Quare quod moveatur ad omnem diametrum, & quod habeat omnia illa, quæ dicuntur, eſt neceſſarium. Et nihil eſt mirabile, aerem ſuapte natura ferri ſurſum; nihilominus quando aliquod operans utitur illo tanquam inſtrumento, movetur ad omnes loci differentias. Projiciens utitur aere, ut inſtrumento; ſi projicit ſurſum, movetur ſurſum aer ad movendum projectum; ſi deorſum, deorſum, & ſic ad ante, & retro, ad dextrum, & ſiniſtrum. Res ſenſu evidens. Et poteſt haberi doctrina ex Ariſtotele tertio de Cœlo. textu 28. Sic igitur eſt de ſpiritu. Movetur quocumque, & quacumque prout ſibi paratæ ſunt viæ, & inſtrumenta, per quæ à facultate animæ huc, & illuc transferatur. Sic à corde, & ad cor, & ſic ſecundum omnia, quæ ab iſtis dicuntur. Non movetur autem ſub-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ito, ut dicunt iſti, ſed movetur pro-
ut requirit oportunitas animæ
moventis ad vivificãdum. Hic au-
tẽ licet videre, qui errores cõmit-
tãtur ad pauca reſpiciẽdo, & igno-
ratis communibus: etiam plantæ
ſunt animatæ, ubi motus talis hu-
jus ſpiritus? & quomodo? In formi-
cis, in culicibus, in aliis talibus
quomodo? quid tale aſſignabitur?
Omnino non oportet communi-
bus ignoratis in ſuo genere velle
diſſerere de particularibus in eo-
dem, & prorſus fatuum eſt ita par-
ticularia dicere, ut communi pe-
nitus repugnent. Quod ſi dicitur
ſpiritus lucidus, eſt dictum me-
taphorice contra ſpiritus melan-
cholicos, qui habẽt plurimum ter-
reſtris, quę terreſtreitas facit craſſi-
tiem, & opacitatem. Subjungunt
alia, de quibus eodem modo per
diſcurſum; vos poſtea facile appli-
cabitis ſingulis. Elementa dicunt
agere ad formas elementares,
hunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

hunc ſpiritum agere ad formam vivi, nihil hoc mirum, quia agit motus ab anima, quæ eſt principium vitæ; agit enim, ut illius inſtrumentum. Dicunt, quod habent diverſos effectus, quod non convenit elementis. Non eſt hoc dubiũ, quin debeat habere prout dirigitur ab anima, tãto magis, quia pro variis operibus varie alteratur, & non eſt penitus idem. Volunt ipſum agere ſine contrario, quod eſt extremæ fatuitatis. Nihil enim agit ad transmutandum quovis modo materialiter, niſi ratione contrarietatis. Quinimo etiam ſpiritus alteratur, diminuitur, corrumpitur, quæ omnia important contrarietatem in materia. Vnum adjungunt, quod eſt medicum, quod iſte ſpiritus vehit virtutes animæ, vehit autem ipſas partibus corporeis. Quare dicunt deberet eſſe ſubſtantiæ diverſæ, quia vehens eſt diverſum ab eo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

quod vehitur, quod dicitur ridicule. Primo non vehit facultates; ſed vi, quam habet, quia eſt productus à calore temperamenti cordis, in quo primo eſt anima, traducitur ad partes ad vivificandas, ad fovendas, ad excitandas facultates, quæ illis inſunt; & quando non poſſet illuc traduci, facultates oblangueſcerent, quia etiam ipſæ ſunt adjunctæ calori ſuorum temperamẽtorum, qui calor deſtitutus hac vivificatione, quam ſupra diximus, neceſſario langueret. Deinde dicunt, quod debet eſſe quid diſtinctum. Eſt verum, ſed non quod genere diſtinctum. Certe eſt diſtinctus ſpiritus temperamento ab oſſibus, & nervis, & eſt corpus alterius conditionis in eodem tamen genere, quod ſubjungunt contrahi ad cor, à corde dilatari, eſt veriſſimum, quia ſequitur imperium animæ, cujus eſt inſtrumentum; quæ quidem anima pro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

vita, & pro operationibus oportune ipſum adminiſtrat; ſemper enim hoc debetis habere, quod nihil habet, niſi prout eſt animæ inſtrumentum. Similiter dicunt, quod viget in anguſtiori, certum eſt, quia virtus unita ſit fortior, dilatatus minus viget, quia diſperſio debilitat virtutem. Eſt etiam multiformis, ut dicunt, naturalis, vitalis, animalis, ſed hoc eſt propter variam ſui alterationem, quam recipit, & per inſtrumenta ad id deſtinata, & tandem prout recipitur in ipſis partibus. Nimirum populare eſt id, quod adjungitur de tractu ſpiritus in agone mortis. Cor ultimo moritur. Oportet autem eſſe reſpirationem uſque dum vita durat. Ille igitur motus eſt motus reſpirationis factus à virtute imbecilla, & ideo eſt cum illa inordinatione, & qui ſpiritus exit, eſt aer educens fuligines quantum poteſt pro refrigerando corde, donec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

nec tandem (dicebat Ariſtoteles) facta omnimoda animæ abſolutione, ultimum quid anhelitus apparet. Ex his, ni fallor, vos poteritis reſpondere de omnibus talibus, quæ vobis objiciantur.

DICTATVM OCTAVUM.

Adducuntur, & examinantur loci Ariſtotelis, quibus ille videtur ponere calorem cæleſtem in natura receptũ ſublunari. Itemque Aver. & Io. Gram. dicta.

EXcluſa fuit ſubſtantia cæleſtis à miſtionibus elementorum prout in illis eam poſuerunt vetuſtiores, de quib⁹ Albertus. Quoniam autem nihil eſt prætermittendum, quod faciat ad rei cognitionem, poſtquam ſunt varii Ariſtotelis loci, in quibus videtur ponere quendam calorem cœleſtem

in na-

in natura receptum, & qui poterit judicari in noſtris corporibus, calor innatus, de quo loquimur, ideo operæ pretium eſt adducere hos locos, & illos conſiderare, poſt quos etiam adducam alios graviorum expoſitorum, Averrois & Ioannis Grammatici, qui loquitur ex communi quadam ſententia ſuorum anteceſſorum, quibus omnibus habitis, deveniendum erit ad reſolutionem. Et hac habita conſideratione, deveniemus ad conſiderationem eorum, quæ dicit Galenus, & erit finis hujus tractationis. Unus igitur locus eſt ſecundo de Generatione Animalis capite 3. in his verbis. *Sed omnis animæ ſive virtus, ſive potentia corpus aliud participare videtur, idque magis divinum, quam ea, quæ elementa appellantur.* Et ſubjungit poſt pauca, *Ineſt enim in ſemine omnium, quod facit, ut fæcunda ſint ſemina, videlicet quod calor*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

calor vocatur. idque non ignis, non talis facultas aliqua eſt; ſed ſpiritus, qui in ſemine, ſpumoſoque corpore continetur, & natura, quæ in eo ſpiritu eſt proportione reſpondens elemento ſtellarum. Et poſt pauca. *At vero Solis calor, & Animalium non modo, qui ſemine continetur, verum etiam, ſi quid excrementi, ſit tamen id, quod principium habet vitale.* Et concludens. *Cæterum calorem in Animalibus contentum, nec ignem eſſe, nec ab igne originem ducere apertum eſt ex his.* Sunt alii loci ejuſdem in libris de Generatione Animalium, qui iſtud idem videntur atteſtari. Eſt. 3. libro capite 11. talis ſententia. *Quoniam humor in terra, ſpiritus in humore, calor Animalis in univerſo eſt, ita ut quodammodo plena ſint animæ omnia,* & ſubdit. *quamobrem conſiſtit celeriter, cum calor ille comprehenſus, ſive exceptus eſt, comprehenditur autem, ut humoribus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ribus corporeis incaleſcentibus efficitur, velut bulla ſpumoſa. Hæc omnia Ariſtoteles tribuit calori illi, quem dicit in univerſo, & propter quem dicit omnia quodãmodo plena eſſe animæ. Iterum eſt locus 4. de Generatione Animalium capite 10. quod eſt ultimum, quo quidem loco utuntur ad ponendas influentias ſecundum Ariſtotelem. Et nos totum illud caput conſiderabimus in tractatu de Cœli efficientia in mundum ſublunarem; nunc autem pro re, quam agimus ſunt præſertim verba illa, quæ ſic habent. *Luna autem principium eſt propter Solis ſocietatem receptumque lucis. Fit autem quaſi alter Sol minor, quamobrem conducit ad omnes generationes perfectioneſque; calores enim, & refrigerationes cũ moderatione quadam, generationes ſine moderatione corruptiones efficiunt.* Adſunt alii loci, & duo in Meteoris. primus

eſt 2.

eſt 2. libro ſumma 2. capite 2. qui ſic habet. *Sol autem & ceſſare facit, & commovet flatus, debiles enim, & paucas exiſtentes exhalationes extinguit, & ampliori calido illud, quod in exhalatione minus exiſtit diſgregat.* Alter locus eſt in eadem 2. ſumma 3. capite 2. ſub illis verbis. *Propter eandem cauſam, & circa eclipſes Lunæ aliquando accidit fieri terræmotum, quando enim prope eſt interpoſitio, & nondum quidem eſt omnino deficiens lumen, & calidum, quod à Sole.* In his omnibus locis videtur Philoſophus quoddã calidum, vel quoddã cœleſte participare mundo ſublunari, unde poterunt habere aliquod fundamentum, qui calidum innatum revocant ad aliquid ſupra elementa cœleſtis ſubſtantiæ. Eſt modo Averroes habitus præcipuus inter Philoſophi interpretes, qui aliquibus in locis hujuſcemodi aliquod pronunciat.

Unus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

Unus locus eſt 12. Metaph. com. 18. In eo commento Averroes multa diſputat ſecundum varias ſententias, devenit ad Ariſtotelem, & cum ea propoſuiſſet, quæ ad illam diſputationem attinebant, habet hæc verba. *Et quia iſta ſemina non faciunt hoc, niſi per calorem, qui eſt in eis, & calor ignis non facit niſi calefactionem, aut deſiccationem, non figuram neque formam animatam, dicit Ariſtoteles in libro de Animalibus, quod iſte calor non eſt ignis, neque igneus: ignis enim corrumpit animalia, non generat, iſte autem calor generat.* Et poſt pauca ſubjungit. *Vnde Ariſtoteles dicit, quod homo generatur ex homine, & Sole, & factus eſt ille calor ex terra, & aqua ex calore Solis admiſto cum calore aliarum ſtellarum.* Et ſubjungit, *calor igitur Solis, & Stellarum diffuſus in aqua, & terra generat animalia ex putrefactione nata, &*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

univerſaliter omnia, quæ fiunt ex non ſemine. Alter locus eſt in libro de ſubſtantia orbis capite ſecundo ubi cum expoſuiſſet opinionem Ariſtotelis ſubjungit hæc verba. *Et Expoſitores dant ſecundam cauſam, illuminationem ſcilicet; dicunt enim, quod lux in eo, quod videtur lux calefacere, quando reflectitur, & dicunt, quod non eſt de accidentibus propriis igni; ſed de accidentibus communibus igni, & cœleſti corpori.* Et ſubjungit, *& forte dicendum eſt ad hoc, quod non eſt remotum, ut calor dicatur in eis æquivoce per hoc ſignum, ſcilicet, quia calor ignis corrumpit, & deſtruit entia, calor vero corporum cœleſtium largitur vitam vegetabilem, ſenſibilem, & animalem*, Et ſubdit. *& ſecundum hoc calor erit duobus modis, calor, qui eſt de qualitatibus paſſivis, quæ tranſmutant ſubſtantiam in qua ſunt, & calor, qui non eſt de qua-*

litatibus paſſivis, Et poſt pauca
addit; *conſiderantes autem actio-
nem ſtellarum in antiquo tempore,
vere dicunt quod quædam largia-
tur caliditatem, & ſiccitatem, quæ-
dam caliditatem, & humiditatem,
quædam frigiditatem, & ſiccita-
tem, quædam etiam frigiditatem,
& humiditatem, & ſic quatuor
qualitates communes corporibus
cœleſtibus, & quatuor elementis
dicuntur æquivoce, aut ſecundum
prius, & poſterius.* Præter Aver-
roem eſt Ioannes Grammaticus,
qui ut dicebam ex ſua, & ex prio-
rum ſententia ita pronunciat. Eſt
locus in primo Meteororum ca-
pite quarto ſuper illis verbis: *de
caliditate autem facta*, quam ex-
hibet Sol præcipue in expoſitione
illius partis. *Videamus autem mo-
dum ipſum*: poſt multa habet hæc
verba. *Hæc igitur ſunt, quæ hoc
loco ab Ariſtotele diſputantur: Cæ-
terum nos quoque operæ pretium*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

eſt ea explicare, & pro patrocinio veritatis in medium proferre, quæ contra ipſius verba, ſingulaſque ſententias ſummopere pugnare videntur. Cum poſtea verſatus eſſet contra Ariſtotelem aſſignantem caliditatem corporis Solis, cogitãs ſe illum viciſſe, habet hæc verba. *Et clam ſe ipſo Ariſtoteles his aſſentitur, qui corpora cœleſtia conſtare volunt ex quatuor rerum elementis, ſydera tamen ex igni plurimo eſſe.* Et paucis adiectis habet. *Vel ſi hoc palam falſum eſt, res namque, quas ex propinquo habet calefacere Sol videtur.* Et ſubjungit ipſe, *natura calidus, qualitate agat in res ſubjectas, vice ignis utique neceſſe eſt.* Et cum verſatus eſſet circa Lunam ſcribit. *Ex virtute luminis, & ſplendoris vim calefactoriam adipiſcitur* ſubjungendo, *niſi enim pleno orbe, vel terris conſederit proxima, non calefacit. Lumen ergo ſuum tantummodo*

calefacit, non motus. Et ſubjungit, *& quoniam lumen illius eſt tenue, & imbecillum*, Et quæ ſequuntur: quæ omnia ad idem tendunt, ut demonſtraret calorẽ à cœlo provenire, ex quo iſta inferiora nanciſcantur quandam perfectionem. Eo autem uſque rem deducit, ut aliter ſentientes putet non philoſophari, ſed fabulari, & ponit hæc verba, *niſi quidam fortaſſe fabuloſe nos ad quaſdam cauſas ignotas, occultaſque rerum novitates remittant, ac relegent, cujuſmodi Damaſius tamquam auctorem Alexandrum facit, & ſubdit, neq; poſtea hoc genus hominum pudet, qui ejuſmodi fabulas comminiſcuntur negare rem tam apertam*, de quibus etiam dicit. *Hi autem homines in fabulas tantũ converſi in ignoratione rerum naturalium verſantur*. Et ſubdit, *namque illud profecto in ipſis inſigne vitium eſt, quia cum naturales quaſtiones tra-*

ctamus cauſas afferre naturales de-bemus. Colligit tandem caloris proprii virtute Solem excalefacere hunc Mundum noſtrum, & agere in res humanas. Hæc ſunt quæ digna fuere, ut in hunc locum, & in hanc diſputationem adducerentnr; quia cum ſint graviſſimæ ſententiæ, & graviſſimorum hominum poterant facile adducere volentes bene philoſophari in aliquem errorem. Danda modo eſt opera, ut ea principia proponamus, ex quibus de his omnibus bene reſpondeamus, & iſta principia applicemus ad declarationem ſingulorum locorum, qui id requirunt, quod tanto magis accurate eſt faciendum, quanto minus facile eſſe videtur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

DICTATVM NONVM.

Proponuntur fundamenta, & explicantur loci ſuperius allati.

Difficultates contingentes in diſputationibus non bene reſolvuntur, niſi re ipſa, in qua diſputatur, bene perſpecta. Quocirca nos pro difficultatibus omnibus enodandis debemus incumbere in rei explicatione, quanto brevius fieri poteſt, & facillime. Per vos enim ipſos poſtea facietis applicationem ad omnes has propoſitas. Incipiamus igitur ab hoc, quod certum eſt, Ariſtotelem nolle ullum cæleſtem calorem, qui ſit qualitas de cæli ſubſtantia, eſſe in corporibus ſublunaribus ſive animatis, ſive inanimatis. Hoc quidem primo poteſt patere ex his, quæ dicit de ipſo cælo, quod ſit quintæ ſubſtantiæ in libro de cœlo, quod ſit nec grave, nec leve.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

Eodem enim modo ab ipſo removentur omnes aliæ qualitates, in quibus ſit contrarietas ad motum faciendum qualemcunque. Sed accipio textum ipſum Philoſophi citatum principio Meteor. capite quarto, ubi de calore loquens inquit, quod proportione reſpondet elemento ſtellarum. Certum eſt, quod ſi reſpondet proportione non eſt de illius natura, quia non eſſet proportio, ſed eſſet convenientia in ſubſtantia, & natura: Et quod proportionatur alicui, eſt diverſum ab illo, cui proportionatur, nec poteſt dici eſſe de illius ſubſtantia. Habet autem calor ille ſeminalis proportionem cum elemento ſtellarum; quia ſicut elementum ſtellarum ſe habet ad omnia facienda, ſic iſte calor ſe habet ad faciendum animatum in tali genere, & habet vim effectivam ſub cœlo ordinatam. Unde eſt illud dictum. Sol, & homo generant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

nerant hominem, quatenus cælum, ut univerſale efficiens ſubordinat ſibi particularia efficientia ad generãdum in propriis ſpeciebus. Eſt etiam textus primi Meteor. capite quarto, ubi docet, quod fit caliditas à Sole, & à cœlo per motum, quod non aliter fit, quam excitando calorem elementarem, prout motus diſgregat materiam per motum, prout etiam lumẽ facit ad rarefactionem, cum ſit actus perſpicui, quæ perſpicuitas attinet ad raritatem, ad quam poſtea rarefactionem ſequitur excitatio calidi inexiſtentis. Non eſt igitur dubium, quin Ariſtoteles nolit, in aliquibus inferioribus eſſe caliditatem aliquam, quæ ſit de ſubſtantia corporũ cœleſtium. Sed præter hoc adſunt rationes, quæ id oſtendunt. Accipiamus igitur quod elementa ſunt cœlo ſubordinata, tanquam inſtrumenta ad omnem generationem ſub-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

lunarem, quia cœlum ſine iſtis non poterat hoc præſtare; & generatio, & corruptio acquirit actionem, & paſſionem, quæ non eſt niſi per qualitates contrarias in eadem materia. Hæc vero eſt elementorum conſtitutio. Dicite igitur hoc pacto. Vel natura paravit inſtrumentum ſufficiens ad opus faciendum, vel non; ſi non paravit, eſt contra primum principium, quod natura non deficit in neceſſariis; ſi paravit jam qualitates, quæ in his elementis ſunt repertæ, ſufficiunt pro omni generatione, & omnino pro omni conſtitutione ſublunarium. Si ſufficiunt iſtæ; ergo fruſtra admiſcetur hæc qualitas cæleſtis, quæ ſit de cæli ſubſtantia, & reperitur hic in ſeminibus, & in corporibus animatis. Ulterius quæro utrum iſta qualitas remaneat in miſto, an non remaneat; ſi non remanet, eſt fruſtra, quia ſufficit ſubſtantia cœli effectiua per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

motum ad omnia efficienda modo prædicto, utendo ſcilicet qualitatibus elementorum pro inſtrumento; ſi manet, erit ut materia, quemadmodum etiam ſunt aliæ qualitates elementorum. Et ita cœli ſubſtantia quovis modo erit materia ſublunarium; contra veriſſimum dictum, quod primum efficiens non remanet pars facti. Dico primum efficiens, quia in naturalibus efficiens inſtrumentarium poteſt remanere materia ejus, quod fit, ut faciunt elementa; quia ut dicebam ſunt efficientia inſtrumentaria cœli, immo communiter dicitur, quod efficiens inſtrumentarium in naturalibus reducitur ad materiam. Eſt etiam rationabile quæſitum. Cælum eſt ad omnium conſervationem, ſi habet aliquem calorem, quem immittat in Mundum, cur non etiam frigus, quia etiam frigida conſervanda. Viderunt difficultatem,

ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ut adnotavit Joannes Grammaticus, & dixerunt etiam eſſe ſtellas frigidas, & rem deduxerunt ad influentias, quod tamen (ut etiam dicebat Joannes Grammaticus) eſt omnimoderi diculũ. Cælum enim eſt ubique ejuſdem ſubſtantiæ. Quare non eſt locus varietati iſtarum qualitatum contrariarum. Videmus, quod in Cælo ſunt partes denſiores propter materiæ multiplicationem, ſunt partes rariores, quæ ſunt Diaphanæ. Nihilominus in omnibus eadem ſubſtantia, variantur ſolum accidentia conſequentia illam, prout aliæ partes ſunt lucentes, ut Sol, & aliæ ſtellæ; aliæ tranſparentes, ut ipſi orbes; quod poſſunt dicere (& videtur Averroes propoſuiſſe) has qualitates dici ęquivoce hic, & in Cœlo, ſi æquivocatio erit declaranda, certe illam non declarabunt. Addite, quod non decet Philoſophum dicere, ſed oportet demonſtrare,
quod

quod videant ipſi, an poſſint facere, ſive ratione, ſive ſenſu. Omnino autem eſt dictum Ariſtotelis ab omnibus acceptum, quia certiſſimum, Mundum inferiorem eſſe qnodammodo continuum ſuperioribus lationibus, ut omnis ejus virtus inde gubernetur. Ratio gubernationis eſt iſta; Cælum eſt prima ſubſtantia ſenſibilis, quia componitur ex materia, & forma alterius naturæ ab inferioribus, & dominante in materiam, & formã inferiorem. Ratione igitur iſtius dominii quantum ad ſubſtantiam habet primitatem in natura. Et eſt certa propoſitio, quod primum in omni genere eſt cauſa aliis. Deinde cœlum movetur, & movetur motu circulari, qui eſt primus omnium motuum; quare etiam ratione primitatis motus habet locum primi, & locum cauſæ. Quare cœlum de ſua ſubſtantia, & de ratione ſui motus habet hoc impe-

rium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

rium gubernandi, quia per iſta excellit ſupra naturas ſublunares. Dicite igitur hoc pacto, ſi cœlum ad gubernationem ſe habet per ſuam ſubſtantiam & per ſuum motum, qui concurrit, & tamquam primus, & tamquam ille, qui adducit, & abducit luminoſum, ex quo vivificatio inferiorum ſufficit ad gubernationem prędictam. Non ſunt cogitandæ aliæ qualitates, quę ſunt immanifeſtæ, nec poſſunt ulla via in illo demonſtrari; ſed primum eſt verum, quia ſi hoc non poſſet per ſuam primitatem, eſſet contra leges naturæ, quæ facit primum cauſa aliorum. Ergo nihil aliud eſt quærendum. Hæc eſt igitur rei explicatio. Videndum modo in locis Philoſophi quid dicendum; de aliis enim pauca erunt dicenda. Ariſtoteles igitur ſemper dicit, quod iſte calor eſt cœleſtis, quod non eſt elementaris, quod non eſt igneus, nec ab igne originem du-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

cit; & rectiſſime dicit, quia iſte calor prout eſt ſubordinatus cælo, habet cœleſtes conditiones; agit enim ſub cœlo, & vi illius, non vi propria elementari. Dicite ſic. Quod dicitur cœleſtis in ratione operandi, & ſic ſemper loquitur Philoſophus, & dicitur nõ igneus, nec ab igne originem ducere, quia non habet vim effectivam ad illud, quod debet facere, prout eſt igneus aut ab igne habens originem; ſed prout ſub cœlo ita eſt ordinatus, ut cœlum per ipſum operetur aliqua, quæ calor elementaris, ut ſuæ naturæ dimiſſus, non poſſet operari. Neque enim calor elementaris, ut elementaris habet vim activã, ſed ſolũmodo, ut ſub cœlo ordinatus. Ad hoc habetis pulcherrimam doctrinam Alexandri in quæſtionibus naturalibus, de qua dicemus in tractatu de efficientia cœli. Quare non dicitur hic calor cœleſtis, quia ſit productus à cœlo, vel quia ſit

qualitas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

qualitas illius ſubſtantialis, ſed dicitur cœleſtis quia exiſtens in elementis regulatur à cœlo, & fit proportionatus ad agendum ſub ipſo omnia illa opera, quæ pro mundi conſervatione, & perfectione ſunt neceſſaria. Hinc eſt illud, quod Ariſtoteles dicebat, animæ quodammodo eſſe omnia plena, quia iſta caloris regulatio, & iſta ſubordinatio ejuſdem ſibi ipſi fit à cœlo per totum in quibuſcumque partibus habeatur idonea materia pro tali opere. Unde dicitur quodammodo plena, quia ſolum in virtute, & potentia talis caloris. Hoc autem præcipue à vobis eſt intelligendum, quod Sol ita diſponens, & regulans calorē diſponit ipſum, & regulat quatenus ſimul habetur cum aliis qualitatibus elementaribus. Quare dicebat Ariſtoteles, refrigerationes moderate factas eſſe per factivas. Fiunt autem ſub cœlo iſtæ refrigerationes per ipsũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

cœlum motu, & lumine, quatenus calor hoc, vel illo modo contemperatur. Habetis etiam hic, quomodo Luna plena dicatur eſſe alter Sol. Et dicebat Ariſtoteles, & eſt notum experimento, noctes plenilunii eſſe calidiores. Eodem modo fit hoc totum, quo fit etiam à Sole; Luna enim plena ſtatim Sole occidēte, ſuccedit ſupra hemiſphærium. Unde diſgregatio, quæ per motum à Sole fuit facta non poteſt ceſſare ſuccedente alio diſgregãte, licet minus valido. Sic etiam excitatio caloris, quę fuit facta per lumen Solis non poteſt ceſſare, quia ſuccedit aliud lumen, quod eſt etiam ſolare. Fiunt autem iſta ſecundum magis, & minus, ut omnes poteſtis cognoſcere. Quod vero ex his dicunt de influentiis ſuo tempore erit explicatum. Nunc iſtud ſolum accipite, quod illud, quod dicit adſcriptum Joannes Grammaticus Alexandro à Dama-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ſio nihil facit ad influentias, quas Alexander habet pro nugis, ſed primus fuit Alexander, qui quæſivit, an virtutem Divinam imprimat ſuo motu, & lumine Cœlum ſublunaribus, per quam elementa habent vim animaſticam, & vim producendi mirabilia. In qua ſpeculatione nihil de influentiis; ſed mirabiliter ſe gerit ſecundum principia, quæ ſuperius poſuimus. Et hoc totum ſuo loco explicabitur. Quantũ ad Averroem, ipſe in illo commento 18. diſputat contra multos, ponens opiniones, & objectiones, etiam contra Chriſtianos. Et pro ſedanda diſputatione, de hoc quod dicitur, Cœlum operari ſecundum has qualitates, invenit illum modum, quod æquivoce dicantur hic, & ibi; alioquin Averroes bene ſentit cum Ariſtotele, ſecundum eum modum, qui à nobis eſt propoſitus. Joannes Grammaticus fuit adductus, ne

præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

prætermitteremus dicta graviorũ Expoſitorum. Sed Joannes Grammaticus eo loco eſt contra Ariſtotelem ex profeſſo, quem vult cogi ex ſoliditate adducta ponere in Cœlo quatuor elementa, ut Plato. De qua re nunc non eſt opportunum loqui, quia nimis extra propoſitum exiſtit. Habenda erit aliquando Apologia pro Ariſtotele, & quantum ad hoc, & quantum ad alia, in quibus Joannes Grammaticus ei contradicit.

DICTATVM DECIMVM.

Proponitur opinio Galeni ex iis, quæ dixit Lycon adverſus Hippocratem.

VEnimus ad Galenum, qui variis in locis meminit de calido innato, & de ipſo diſcurrit. Citat ipſe librum de ſemine, & de temperamentis. Eſt præterea Aphor. 14. primæ ſectio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

nis, in quo digreditur circa calidum innatum. Sed quoniam eo loco ſe remittit ad librum, conſcriptum adverſus Lycon, in quo exacte omnia profitetur ſe conſideraſſe, ideo nos verſabimur circa dicta in hoc libro, dantes operam, ut ſolum accipiamus ea, quæ ſunt ad rem (nam prolixiores ſunt ibi de alio diſputationes) & iſta, quæ ſunt ad rem curabimus, ut dilucide, & quanto brevius fieri poteſt, proponantur. Videbimus primo, quid dixerit Lycus, deinde quid contra Lycon Galenus, poſtea verſabimur in reſolutione. Lycus igitur expoſuit Hippocratis Aphoriſmos, & in expoſitione illius Aphoriſmi. *Qui creſcunt habent plurimum calidi innati.* reprehendit Hippocratem, pro quo poſtea ſumit Galenus defenſionem; reprehenſio vero eſt in illis verbis. *plurimum calidi innati.* & eſt talis. Haberi plurimum calidi innati tripli-

tripliciter poteſt cogitari. Uno modo pro ratione ſubſtantiæ Alio modo pro intenſione qualitatis. Tertio modo pro vigore, & robore agendi. Quomodocunque accipiatur, ſemper (inquit) Hippocrates eſt reprehendendus; idque oſtendit hoc pacto. Si vult dicere Hippocrates plurimũ Pueris ineſſe calidi innati pro ratione ſubſtantiæ, dicit falſum: nam rei ſubſtantia, quæ in aliquo reperitur, ſequitur molem, & magnitudinem illius. Ut ſi dicamus, animam extenſam per corpus, erit major in majori corpore. Cum igitur in Adultis corpus ſit majus, non poteſt dici, calidum innatum pro ratione ſubſtantiæ eſſe plurimum in Pueris, cum Adultorum corpus ſit longe majus. Sic faceret argumentum. Calidum pro ratione ſubſtantiæ ſuſcipit eſſe multum, & parvum ex quantitate corporis, cui ineſt. Sed corpus Adultorum

eſt longe majus, quam corpus Puerorum. Ergo plus calidi innati erit in Adultis, quos voco illos, qui jam creverunt, & erit longe majus, quam ſit in creſcentibus, & Pueris. Non poteſt etiam, accipiendo calidum pro qualitatis intenſione, dici majus in Pueris, quam in Adultis, quia nullum habemus ſignum, quo poſſimus iſtud dicere; quinimo apparebunt ſigna contrarii, quia Adulti ſunt vegetiores ad motum, qui provenit à calido; & concoquunt etiam cibos duriores, quam concoquant Pueri. Quare ſi philoſophandum eſt ex manifeſtis, potius habendum contrarium, quam id, quod dicit Hippocrates. Poteſt forte (inquit Lycus) verificari dictum Hippocratis quantum ad vigorem, & ad robur agendi, quia ſcilicet pueris calidum innatum ſit maxime potens quantum ad operationem, quia ſit validius in ratione agendi, quam in Adul-

tis: quod videtur manifeſtum ex opere, quod exequitur; nam auget corpus, quæ eſt actio valde difficilis, quam poſtea non habet calor in adultis. Sed tunc, inquit Lycus, etiam Hippocrates eſt reprehendendus, quia calor, qui illa opera debet facere, non debet eſſe plurimus, ſed maxime temperatus, & abſque exceſſu. Deinde abutitur vocabulo Hippo. quoniam non debet dici calor ſic acceptus eſt plurimus, quod eſt vocabulum attinens ad quantitatem, ſed debet dici validior, quo quidem vocabulo proprie ſignificamus facultatem, & efficaciam agendi; ita ut Hippocrates ſecundum primum modum poteſt bene uſus fuiſſe voce plurimi, notando extenſionem ſubſtantiæ, quia multum, & paucum ſic conveniunt, & conſequenter plurimum; ſed poſtea evidenter dicit falſum, quia demonſtrat ſenſus eſſe totum oppoſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

tum, cum Adulti habeant majus corpus. In ſecunda ſignificatione, quod ſcilicet calidum accipiatur pro intenſione qualitatis, abutitur voce plurimi, quia in quale non dicimus multum, & parvum ſive plurimum, ſed dicimus magis, vel minus; intenſionem, & remiſſionem. Sed præterea falſum dicit, nam experientia docet oppoſitum, nempe in Adultis eſſe intenſiorem caliditatem. In tertia ſignificatione, ut dictum eſt, poteſt Hippocrates dixiſſe aliquid veri, ſed tunc eſt evidens abuſus illius vocis, quod non decet haberi in doctrina præſertim Aphoriſtica. Hæc Lycus. Galenus autem invehitur contra illum more ſolito abſque ulla modeſtia. Adoritur illum quaſi vipera impetens morſu venenato. Vocat illum imprudentem, qui reprehendat doctrinam, quam ignorat, Hippocraticam ſcilicet; & dicit, tales viros non eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ferendos. Damnat etiam, quia eam attulit cõtradictionem, quam neſcit, quæ nullam ſapit diſciplinam, quæ evertit omnes artes. Et reprehendit, quod Platonem non cognovit, hoc autem eſt in diſputatione, quam habet Galenus contra Lycon ſuper hac propoſitione, quod calidum, qua calidum non differt ab alio calido. Non hic ſiſtit: reprehendit, quod ſibi pugnantia pronunciat, quod corrumpit Juventutem, quod neſcit logicam, quod eſt audaciſſimus, & nugaciſſimus, quod depravat dicta Hippocratis, & quando illa damnat, & etiam quando illa laudat. Quorum Galeni dictorum ſi aliquam partem, neque etiam minimam, reflectat Lycus contra Galenum, nihil peccabit. Sed nos circa hoc non verſamur. Puto clare dicta, quæ Lycus dicit; accepta ex ipſo Galeno. Nunc videndum, quæ dicat Galenus adverſus Ly-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

con. Sibi igitur proponit oſtēdendum, quod ſecundum omnes tres illas ſignificationes à Lyco propoſitas Hippocrates bene dixit, dicendo plurimum calidi innati ineſſe illis, qui creſcunt, & reprehenſionē Lyci proficiſci ex illius ignorantia. Habet ipſe has concluſiones. Prima eſt. Calidum innatum eſſe corpus quoddam, & ſubſtantiam corpoream cōpoſitam: quod ſi sciviſſet Lycus, non ita reprehendiſſet. Subjungit ſecundam concluſionem. Iſtam corpoream ſubſtantiam conſtitui ex prima concretione ſeminis, & ſanguinis menſtrui, quia oporteat hujuſcemodi calidum, in quo totum ipſius fœtus debet conſiſtere, eſſe primo productum, & primo conſiſtere. Quæri poterat, cur iſta ſubſtantia ſic concreta ex prima conjunctione ſeminis, & ſanguinis menſtrui vocetur nomine calidi. Reſpondet, quod iſtud corpus propoſi-
tum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

um dicitur calidum à qualitate, uæ eſt in illo maxime præcipua, k poteſtis addere, maxime ad uum vitæ. Poterat aliquis ulterius quærere, cur vocetur innatum. Reſpondet ad differentiam aliaum partium, quæ poſtea illi adgenerantur: eſt enim hoc corpus ſine ulla diſtinctione organizationis, circa ipſum poſtea delineanur partes, ex quibus animal conſtituitur, & ſic ei adnaſcuntur oſſa, venæ, cartilagines, ligamenta, & alia, quæ poſtea in facto apparent: ita ut iſtud dicatur corpus innatum, quia (inquit Galenus) ſtatim ab exordiis, hoc eſt ex eo tempore, quo primum ortum habuere ii qui gignuntur, præſto eſt. Et paucis interpoſitis, ſubdit, mox vero multa jugiter in ea intercedente alteratione oſſis, quædam delineatio cartilaginis, ligamenti, nervi, & arteriæ, atque venæ abſolvitur. Sic Galenus ponit ſibi principia,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

cipia, ex quibus Lyco contradicat. Ex iſtis autem nullum probat, ſed ſimpliciter pronunciat, quæ tamen, ut videbitis in reſolutione indigebāt multa probatione; quia ſi liceret dicere adverſus hominē graviſſimum, & maxime famoſum, talia dicta ſunt ſimiliora fictionibus quam rationibus demōſtrativis. Videbimus igitur, qualiter ipſis utatur; & poſtea verſabimur in illorum conſideratione.

DICTATVM VNDECIMVM.

Examinantur, quæ dixit Galenus contra Lycum, & reprobatur ejus ſententia de corpore conglutinato ex ſemine, & menſtruo.

INtentio Galeni erat demonſtrare Lyco, Hippocratem bene fuiſſe loquutum ſecundum omnes tres illos modos, quos Lycus propoſuerat.

Appli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

Applicat igitur principia à ſe poſita ad hoc demonſtrandum, & inquit primo, calidum innatum bene dici ab Hippocrate plurimum ſecundum rationem ſubſtantiæ. Inquit, quod Lycus ignoravit, aliter in ſimplicibus, aliter in commiſtis dici aliquid magnum, & parvum, & plurimum. In ſimplicibus quidem dicitur ſecũdum extenſionem, quia talia ſunt ejuſdem naturæ. Sic dicemus in magno cubiculo eſſe plurimum aeris, in exiguo parvum; in commiſtis vero, id eſt in illis in quibus eſt compoſitio multarum partium, ut eſt in Animalibus, unum dicitur plurimum, non ſimpliciter, ſed in comparatione, & proportione ad alia: ut dicimus eſſe plurimum cerebri in Puerulo, & minimum cerebri in Elephante, cum tamen in iſto cerebrum ſit multo majus. Ratio eſt, quia dicimus plurimum cerebri in proportione, & comparatione

tione ad alias partes in Puero, &
ad alias partes in Elephante. Stan-
te igitur iſto principio recte Hip-
pocrates dicit, in Pueris eſſe pluri-
mum calidi innati, illius ſcilicet
corporeæ ſubſtantiæ, quam ponit
Galenus in comparatione ad alias
partes, quæ poſtea adveniunt huic
corpori primigeneo, quod qui-
dem, inquit Galenus, nos videbi-
mus eſſe veriſſimum, ſiquidem in
Infante omnia ſunt ſanguinea;
quemadmodum ſenes evadunt
exangues, quos propterea dici-
mus habere parum calidi; iſtud
enim calidum innatum ſemper
decreſcit creſcentibus maxime a-
liis partibus in corporis augmen-
to. Quare cum ſic ſemper minua-
tur in ſenibus, remanet valde pu-
ſillum reſpectu aliarum partium,
ſicuti in Infantibus, & creſcenti-
bus eſt valde multum ſecundum
eandem proportionem. Si igitur
vellet Hippocrates, calidum inna-
tum

tum eſſe plurimum in creſcentibus ſimpliciter ratione ſubſtantiæ, aliquid diceret Lycus; ſed non intellexit Hippocratem, quia vult calidum innatum dici plurimum in ratione ſubſtantiæ non ſimpliciter, ſed in proportione prædicta. Et ſic dictum Hippocratis verificatur ſecundum primum modum à Lyco propoſitum. Verificatur etiam in ſecundo modo, qui erat, ut intelligeretur plurimus calor in ratione qualitatis, quia propriæ qualitates non poſſunt ſeparari à ſubſtantia. Quare cum ſit plurimus ſecundum ſubſtantiam, etiam debet eſſe verum, quod eſt plurimus ſecundum qualitatem: qua eadem ràtione etiam verificatur in tertio modo, ſecundum facultatem, ſcilicet, & vigorem actionis; etenim iſtud omne neceſſario conſequitur ad duo alia, ad plurimam ſubſtantiam, & conſequenter plurimam qualitatem. Nec eſt Hippo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

Hippocrates abuſus vocabulo plurimi; nam, ut monſtrat Galenus, quamvis prolixe, iſte modus loquendi eſt uſitatus etiam in qualitatibus, & facultatibus activis, ut ſcilicet dicantur plurimæ, vel non plurimæ. Hæc igitur Galenus. Cōtra quem oportet dicere, non autem contra ſingula, ſed contra ea, quæ ſunt ad noſtrum propoſitum, ne prolixitate rem involvamus, quam volumus eſſe dilucidam. Videndum autē eſt modeſtius, quam ipſe contra Lycon. Vt itaq; etiam dicamus reverenter, dicamus ſolum per modum quæſiti, qui modus etiam faciet, ut facilior ſit defenſio Galeni, ſi aliquis ex Medicis voluerit eſſe pro ipſo. Quæro igitur primo, an velit Galenus, eſſe etiam calorem innatum in plantis? dubio procul debet velle, quia plantæ vivunt, & ſine hoc calido non eſt vita, non ſolum ut dicit Philoſophus, ſed ut dicit ſenſus ipſe,

ipſe, & commune experimentum. Peto modo ab ipſo, quomodo in illis ſit hoc corpus conglutinatum ex ſemine, & menſtruo, ſi ibi non eſt ſemen, neq; menſtruum? quod ſi dixerit eſſe aliquid proportionale, primo debebat hoc advertere, deinde oportebat iſtud oſtendere, ut facit Ariſtoteles de proportionali cordis. Oſtenditur enim pars in planta, quæ primo naſcitur, & ultimo moritur, & hoc eſt illud proportionale; quod ſi talis pars eſt illa, quæ primo naſcitur, non erit ante ipſum corpus, quod dixit calidum innatum, primo naſcens. Quęro ſecundo. Quomodo in animalibus generatis ex putredine oſtendet mihi eſſe iſtud corpus concretum ex ſemine, & menſtruo, cum neutrum ibi ſit? Et ſi advertamus illorum generationem, numquam poſſumus cogitare in ea primo haberi aliud corpus, quod calidum innatum debeat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

beat vocari. Sed, ut dicebam in principio, neceſſarium eſt illum, qui vult verſari circa particularia ignoratis communibus incidere in hos errores. Calor certe temperamenti eſt in omnibus iſtis, & habet omnes illas facultates, quas diximus in principio, & ſunt præciſæ facultates calidi innati. Tertio quæro. Iſtud corpus, quod eſt calidi innati in illis animalibus perfectis, ut in homine, & aliis in quibus eſt, quoniam in illis hæc eſt prima conjunctio, quam dicit Galenus, quæro ubi eſt? Nam ſi eſt corpus, debet eſſe alicubi. Oſtendat aliquis ſi poteſt, quia in Galeno non ſatis liquet. Cum enim conſtituiſſet hoc calidum, dicit illi adgenerari membra, & ſtatim inquit, eſſe hoc corpus plurimum in Infantibus, quia omnia in illis ſint ſanguinea; utrum velit hunc ſanguinem ubique diſperſum, eſſe calidum innatum, non patet, nec

ratio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

rationabile eſt, ut dicatur, quia hoc non eſt corpus conjunctum ex ſanguine menſtruo, & ſemine, ſed eſt ſanguis ex nutritione naſcens, ut etiam poſtea in Adultis. Peto igitur mihi oſtendi, ubi ſit hoc corpus, quod primo naſcitur, & primo ſe habet ad totius conſtitutionem, cui omnia alia adnaſcantur? Quæro etiam, an ſit neceſſarium calidum innatum eſſe diffuſum per totum corpus, ita ut ſit in unoquoq; minimo? Ego quidem pro certo habeo ita debere eſſe, quia in corpore animato quodlibet minimum vivit, & quodlibet minimum partium conſtituentiũ corpus, eſt animatum, quod penitus nequit eſſe ſine calido innato. Peto igitur mihi oſtendi, ſi hoc calidum innatum eſt corpus, quale dicit Galenus, quomodo diffunditur per omnes minimas partes, niſi concedamus corpus penetrare corpus? ſi ſolum diffunditur, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

juxta ponitur extrinſece partibus, ipſæ partes ſecundum ſe non vivent, non poſſunt autem nutriri, niſi attrahant alimentum, quomodo attrahent, ſi non vivent, ſi ut magnes ferrum, attrahent extra ſe: ſed oportet, ut intra admittant, & ut nutriantur. Fibræ etiam ad attrahendum inerunt fruſtra, ſi ibi non adeſt anima, & calidum innatum, quod eſt illius inſtrumentum ad vtendum illis fibris. Sed debet concoqui alimētum etiam in partibus ultima coctione, per quam fit aſſimilatio, quæ eſt aſſimilatio ſubſtantialis. Hoc quomodo fiet, niſi in illarum ſubſtantia ſit hoc calidum, cujus munere hæc omnia perficiuntur? Quæro inſuper circa illam concretionem, quam ponit Galenus ſeminis, & ſanguinis menſtrui, & dubito hoc pacto. Non eſt dubium, quod ſemen habet vim activam, & ſanguis menſtruus habet vim paſſivam, vel, ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

dicunt Medici, ſemen concurrit ad productionem fœtus, & activè & paſſive. Hoc nunc nihil ad me. Non revocatur in dubium, quin ibi ſit, & activuum & paſſivum. Quæro igitur, cur non agunt, & patiuntur? Vbicunque enim ſunt propinqua activum, & paſſivum, & nihil impedit, neceſſarium eſt ſequi actionem. Forte dicet aliquis, etiam in miſtis eſt calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, & tamen non agunt, & patiuntur invicem. Advertendum eſt, quod iſta ſunt facta unum, & convenerunt, ſub una forma, quæ quidem forma continet illam unionem. Hic nihil tale dicit Galenus, nec etiam poteſt cogitari; nam ſemen, & menſtruum ſimul conjunguntur non amittentia proprias naturas, ut dicit Galenus, adeo ut reſultet quid tertium, ut reſultat ex elementis, ſed permanent in illa commixtione, veluti puto, juxta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

poſita. Cum igitur nihil impediat, quin agant, & patiantur juxta ſuas conditiones, non video qua ratione in tali ſtatu permaneant. Vnde etiam quæro. Iſtud corpus, quod vocatur calidum innatum, eſt ne ſub aliqua forma, ita ut contineatur in tali eſſe? Quod ſi eſt ſub aliqua forma, eſtne vivum, & animatum? Si dicamus, quod non eſt vivum, nec animatum, quomodo præcipua pars viventis non eſt viva, nec animata? Si dicamus, quod vivit, jam eſt contra Medicos, quia nondum cor eſt factum, in quo eſt principium vitæ, & ſic habebitur vita ſine principio vitæ. Sed prætерea iſtud corpus nondum eſt inſtrumentarium, ut dicit Galenus, qui dicit illi poſtea adnaſci inſtrumenta: ſi non eſt inſtrumentarium, quomodo erit animatum, ſi anima eſt actus corporis naturalis inſtrumentarii? Quocirca habet Galenus ſententiam plenam ambigui-

biguitatis, quas ego ſic breviter propoſui. Si enim voluiſſem conſiderare ſingula dicta Galeni, potuiſſem quærere multo plura, ſed iſta pro re noſtra ſufficiant. Quod ſi aliquis reſpondebit iſtis quæſitis, ut dicebat Plato, vicerit ille, & erit non tanquam inimicus, ſed tanquam amicus. Nihil enim aliud quærimus, quam (ut Ariſtoteles dicebat) veritatem, & naturam entium. Si afferantur reſponſiones, & declarationes ex rei natura, non parum fuerimus lucrati, qui ſcilicet didicerimus, & doctiores evaſerimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

DICTATVM DVODECIMVM.

Dilucidatur dictum Lyci. Exponitur particula Aphor. 14. *prim. ſect. Qui creſcunt, &c.*

DIcendum adhuc ſupereſt pro plena declaratione aliquid partim pro Lyco, partim pro re ipſa. Pro Lyco quidem animadvertendum eſt, quod non male dixit, quando dixit, calorem in Juvenibus pro ratione ſubſtantiæ eſſe majorem, quam in Pueris, quia corporis moles ſit major. Innititur enim hoc dictum principio propoſito, quod calor innatus debet haberi in unoquoque minimo corporis. Eſt autem calor evidenter aliquid, quod extenditur ad materiam, & eſt aliquid, quod adnectit ſibi quantitatem materiæ, in ratione ſuæ ſubſtantiæ. Quare ex mole corporis neceſſario recipit incrementum, quantum ad propriam ſubſtantiam, quia omne mate-

materiale recipit incremētum ſuæ naturæ ex materia in qua eſt, majori, & minori. Non male etiam interpretatur Lycus Aphoriſmum, quod Hippocrates bene dixerit appellando plurimum calorem ex vi operandi; hunc enim eſſe Hippocratis ſenſum paulo poſt dicemus. Sed male reprehendit Hippocratem de abuſu vocabuli, nolens dici de vi agendi plurimum, vel non plurimum; ſed validum, & non validum. Cum enim hoc ſecundum recipiatur, non tamen primum eſt inuſitatū, ſed & apud populum, qui eſt arbiter locutionis, & apud ſcriptores habetur hic uſus, unde de vi, & robore ad agendum dicatur plurimum, & non plurimum. Sic etiam apud Ariſtotelem habebimus vim plurimam agendi, & non plurimam, & dicimus communiter, plurimum poſſe. Quinimo etiam in Ariſtotele habebimus vim agendi finitam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

tam, quæ omnia ad idem referuntur. Eſt autem Ariſtotelis doctrina, quod debemus uti vocabulis, prout ſunt in uſu, & apud multitudinem. Quare in hoc bene reprehendit Galenus Lycon. Et hæc quantum ad ipſum. Quantum modo ad rem pro totius explicationis dilucidatione, puto ego non aliter fuiſſe loquutum Hippocratem in illo Aphoriſmo, quam reſpiciendo in calore innato robur actionis, & vim ad agendum. Quod me movet eſt hoc. Dicit in eodem Aphoriſmo, qui creſcunt plurimum habere calidi innati, ſubjungit, eos igitur plurimo egere alimento; & reddit rationem, alioquin corpus abſumitur. Iſtud abſumi corpus pertinet ad robur agendi in iſto calore, quia agit efficaciter, & non habens alimentum in quod agat, agit in proprium ſuum ſubjectum, & illud conſumit. Unde videmus jejunantes macreſcere, & conſumi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ni, quod maxime evenit, ubi eſt
multum calidi innati, quia ibi multa
actio ad humidi, partium præſertim,
conſumptionem. Me movet
etiam quod ſequitur, ſenibus
ineſſe parum calidi innati, & ideo
indigere ipſos paucis fomitibus,
quia à multis calor extinguitur.
Iſta extinctio nihil aliud eſt, quam
impedimentum actionis, ut magis
repatiatur à nutrimēto quam poſſit
agere ad ipſum convertendum.
Ad idem facit id, quod ſequitur,
quod non corripiantur febribus
acutis; ratio eſt, quia calor non
exiſtens robuſtus ad agendum non
poteſt movere multam materiam,
ſed ſegniter ſe habet ad movendum,
unde febres languidæ, & ut
dicebat Avicenna ſepultæ, in his
generantur. Similiter puto ex Aphoriſmo
antecedente idem haberi,
quod ſcilicet calor accipiatur
ratione roboris ad agendum, quia
inquit Hippocrates, Pueros difficulter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

culter ferre jejunium, & inter ipſos maxime, qui ſunt vividiores; iſtud vividius nihil aliud importat, quam promptitudinem, & vigorem ad agendum. Quare ego miror, cur recurratur in expoſitione hujus Aphoriſmi ad ſenſus tam remotos, cum in ipſa littera omnia plana ſint in ſenſu, quem poſuit Lycus. Sed dicunt, Iuvenes habent efficacius calidum, quia concoquunt duriora alimenta; quia ſunt in motibus vegetiores. Ratio deceptionis iſtorum eſt non bene rem intelligere. Quando dicitur in Pueris eſſe majorem calorem, quantum ad vim agendi, hoc eſt maxime ſenſatum, ſi intelligatur, qualem actionem præſtet hic calor; non ſolum enim debet concoquere, ſed concoquere elixando, ut ſit plenior diſtributio, ad faciendam auctionem. Debet facere illam diſtributionem, quæ requiritur ad ſavendam adglutinationem partibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

tibus pro nutritione, & auctione. Debet facere aſſimilationem, & tandem converſionem in ſubſtantiam nutriti. Et hæc omnia conſervando figuram partium, & organizationem, & operando ad perfectionem inſtrumentorũ, quibus corpus conſtat. Ad quæ omnia facienda non tanti eſt calor Juvenum, in quibus nec fiunt elixationes tales, quæ deſerviant, tot muneribus, nec eſt cura de perfectione inſtrumentorum; ſed ſufficit conſervatio, quæ quidem jam etiam propemodum ex principio bene poſito eſt ſtabilita, & facillime poteſt fieri, & conſervari. Sic igitur, ſi conſideremus actiones caloris in his, qui creſcunt, ſunt multo majoris momenti, quam in aliis, & requirunt calorem valde efficacem ad agendum. Habet autem ex natura hanc efficaciam, quia in nuper natis, & in his, qui creſcunt nondum agendo mul-

tum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

tum potuit repati, ut debilitaretur; deinde quia tunc eſt bene firmatum in proprio humido, quod quidem humidum deſervit ad omnes illas operationes, & eſt nondum aliquid repaſſum, ut de illius vi potuerit detrahi. Sic igitur ad ſenſum patet, vim agendi in tali calore eſſe robuſtiſſimam, & bene Hippocratem dixiſſe. Quod modo dicunt de cibis durioribus, habet facilem reſponſionem; quia hoc pertinet ad inſtrumenta, quia requiritur maſticatio, præſertim, dicente Avicenna, quod cibis maſticatio aſſumit quandam coctionem; in Pueris autem, & in Adoleſcentibus hoc non poteſt eſſe, quia non habent inſtrumenta, vel penitus inſtrumenta ſolida, & confirmata, prout ad hoc requiritur. Natura autem habet proportionem in rebus, & ideo pro qualitate nutriendi, & actionum agendarum parat nutrimentum.

Sic videmus, Pullis naſcituris in ovo paratum eſſe nutrimentum ex parte lutea ipſius ovi. Idem etiam eſt conſiderandum de eo, quod dicitur, Juvenes eſſe vegetiores ad motum; motus enim requirit inſtrumenta, quæ quidem nondum ſunt perfecta, ſi adhuc creſcit Animal, ſed debent perfici, & non perficiuntur niſi per calorem, ut diximus in Pueris exiſtentem. Ita ut ſit multo majus opus perficere inſtrumenta ad uſum, quam poſtea uti illis perfectis. Si modo vellemus conſiderare, quomodo Galenus poſſit reſpondere de omnibus iſtis operibus, quæ debent fieri à calore innato, poſito illo ſuo corpore primigeneo, quod vocat calidum innatum, nos videremus nullo modo convenienter, & ſcientifice ipſum poſſe reſpondere. Dico convenienter, & ſcientifice, quia non dubito, quin verboſe, & nugaciter.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

Et ipſe, ſi adeſſet, eſſet aliquid dicturus; & ſi quis voluerit pro illo dicere. Quod ſi nos accipiamus pro calido innato calidum temperamenti, & bene obſervemus non ſolum quæ à nobis dicta ſunt, ſed etiam quæ in natura contingunt, non dubitamus, quin bene omnia poſſint reſolvi, ita ut nihil relinquatur in re ulla difficultatis. Quod facile conſiderantibus apparebit.

CÆSA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

CÆSARIS

CREMONINI

CENTENSIS,

TRACTATVS

DE SEMINE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

TYPOGRAPHVS

Benevolo Lectori.

S.

OPuſculi hujus, quod lucem nunc primum videt, commendationi ſatis ſuperque (ni fallor) fuerit ejus inſcriptio. *Pro Ariſtotele adverſus Galenum,* De Generationis humanæ principiis, *hic pugnat ratio ineluctabilis, ſenſui oppoſita; quam luce clariorem prodit, & ad extremum urget, Peripateticæ veritatis olim vindex acerrimus,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

Cremoninus: *cui, vel ſolo ante*
actorum ſpecimine, certam in ha
lucta victoriam aſſerit excelſu
illud & ad miraculum perſpi
cax, tanti athletæ ingenium; u
illi (ſi unquam ulli alii) præce
ptoris genius vere infuſus videa
tur. Ejus editionem, hortatu e
bono literatorum,   libens   ſuſcepi
cui ſi faveris, alia ejusdem vir
ſcripta philoſophica à me ali
quando expecta. Vale & his in
terea fruere.

CÆSARIS
CREMONINI
CENTENSIS
In Schola Patavina
Philoſophi primæ Sedis,

TRACTATVS

DE SEMINE,

PRO

Ariſtotele Contra Galenum.

DICTATVM PRIMVM.

Proponuntur ea de quibus agendum eſt, & quo ordine. Distinguuntur vocabula, ſeminis, conceptus, geniture. Explicanturque fundamenta ſententiæ Ariſtotelis.

PRo Ariſtotele, dicturi ſumus de Semine, contra Galenum, hoc vero non decet ſine præfatione aggredi. Præfatio autem

brevis admodum hæc erit, quod non dicimus ſtudio contendendi, nec opinionis animoſitate, ſed amore veritatis. Si tamen aliquis ſanæ mentis nos reprehenderit non enim, ut inquit Ariſtoteles, habenda eſt cura omnium qui loquuntur & contraria proferunt, ſed, quemadmodum monuit Plato, ejus tantum qui rationi magis conſentanea dixerit, non tanquam inimici, ſed velut amici ſententia potior & præſtantior haberi debet. Dicemus autem de ſemine, non omnia quæ circa ipſum conſiderantur; ſed illud ſolum in quo eſt controverſia præcipua & majoris momenti, quantum ſcilicet ſpectat ad facultatem activam & paſſivam quæ pro generatione in eo reperitur. Neque etiam dicemus de ſemine, prout commune eſt omnibus vi generativa præditis, in quibus ſunt etiam plantæ; ſed de eo tantum ſermonem inſtitue-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

tuemus, quatenus reperitur in animalibus perfectis, quæ ejus interve̅tu ſimile ſibi generare poſſunt: quinimo verſabimur potiſſimum in Homine, quod enim in hoc dicetur, erit poſtea pro declaratione in omnibus aliis. Quoniam vero hæc vocabula Seminis, Conceptus & Genituræ frequentius in hoc tractatu uſurpanda veniunt, ſciendum eſt vocabulum ſeminis, amplâ & fusâ ſignificatione, extendi tam ad principium activum, quam paſſivum, quo ſenſu dicimus aliquando fœminas habemus ſemen. Conceptus vero eſt prima commixtio ſeminum maris & fœminæ, unde quod dicimus ſemen in plantis, eſt veluti conceptus, quoniam ſexus in illis commixtus eſt, & habet illud ſemen utramque facultatem conjunctam, activam ſcilicet & paſſivam. Genitura denique dicitur potiſſimum in ſemine, ratione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

virtutis activæ: quæ diſtinctio licet frequens ſit, plerumque tamen hæc vocabula indiſcriminatim uſurpantur. Nos vero, quando diſputamus hîc de ſemine, accipimus ſemen in maſculo, prout dicit facultatem activam; in fœmina, prout dicit facultatem paſſivam. Ut autem ordine tota noſtra diſputatio inſtituta procedat, verſabimur primo circa opinionem Ariſtotelis, deinde circa opinionem Galeni: poſtea conſiderabimus objecta Galeni contra Ariſtotelem, quæ ſunt fundamenta opinionis ejuſdem Galeni: tandem vero ponemus reſolutionem opportunam. Quamvis enim potiſſimum verſaturi ſimus in explicanda facultate activâ & paſſivâ maris & fœminæ, nihilominus aliqua ſunt iſti conſiderationi adnexa, quæ debent ſimul conſiderari, quod quidem accurate faciemus, idque ſermone brevi & dilucido, quantum

per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

per noſtrum ſtudium atque induſtriam fieri poteſt. Eſto igitur inde principium. Ordo, eſt propria natura ſenſibilium, in quo & bonum mundi poſitum eſt; iſte autem ordo, provenit totus a primo fine, qui quidem eſt prima omnium cauſa: & in hoc conſentiunt omnes ſapientes. De ratione autem finis, eſt bonitas, in omnibus enim finis habet rationem boni: quare primus omnium finis erit optimus, imo, ut dicebat Plato, ipſamet bonitas. Quoniam itaque quæcunque aguntur, omnia ſub iſto fine aguntur, ideo conſequitur, ut natura ſemper debeat agere id quod melius eſt: & in hoc principio cum Ariſtotele convenit etiam Galenus, & quicunque alii ſapientes exiſtimantur. Unde illud merito, tanquã certiſſimum, præſupponere debemus. Naturam ſemper facere id quod melius eſt. Quare cum in Animalibus ipſis

diſtinxerit ſexum, & fecerit maſculum & fœminam, oportet conſentire id ſic eſſe factum, quoniam illud hoc modo fieri, melius & convenientius erat. Subjungamus modo talem conſiderationem, quam elicimus ex Ariſtotele 2. de Generat. animal. cap. 1. Non eſt dubium activum eſſe melius paſſivo, tum quia illud frequenter à Philoſopho dictum eſt, tum etiam quoniam, conſiderando in univerſali natura, hoc apparet veriſſimum: quia efficiens eſt unde principium motus primum; paſſivum vero, ut moveatur, ab altero pendet: præſtantius autem & melius illud eſt, quod magis ſufficit ſibi ipſi: quare in noſtro propoſito facultas activa erit melior paſſivâ. Subjungatur modo, quod ubicunque fieri poteſt, melius eſt ſeparare præſtantiorem facultatem à deteriori, quia conjungere deteriorem perfectiori, eſſet ei adjungere

imper-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

imperfectionem, & quodammodo demere de illius conditione, illudque in natura diligenter factum fuiſſe obſervamus. Nam cœlum, quod debuit eſſe univerſale efficiens ad totam naturam adminiſtrandam, ſeparatum fuit, ſecundum omnes conditiones eſſentiales, à naturis elementaribus, quæ quidem ſe habent tanquam principia paſſiva, ad idem opus præſtandum. Conſideremus modo rem in noſtro propoſito. Natura ſeparavit maſculum à fœminâ, pro opere generationis, in hoc autem opere cõplendo requiritur facultas activa & paſſiva, activa vero melior eſt paſſivâ, quare non poteſt natura hoc feciſſe propter aliud, quam ut ſepararet activum à paſſivo: quocirca oportet in natura, pro generatione adminiſtranda, (ſi ſemper ea debet facere id quod eſt melius) eſſe hanc ſeparationem, ac proinde unum iſtorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

debebit habere vim activam; aliud paſſivam; at vero, inter iſta, mas eſt perfectior, unde etiam perfectiorem debet obtinere virtutem, & per conſequens, concurrere ad generandum, per vim agendi: quare & illius ſemen (quod eſt inſtrumentum pro generatione) debebit habere vim activam. Ex quibus talem in modum argumentari poſſumus. Si natura propter aliud non fecit maſculum & fœminam, quam ut faceret id quod eſt melius, non poteſt propter aliud hoc feciſſe, quam ut ſepararet principium activum à paſſivo, ſed primum eſt verum, ergo etiam illud quod ſequitur, nempe quod facultas activa debeat eſſe in viro, ſeparata à paſſivâ, & paſſiva debeat eſſe in alio. Præterea ad faciendam generationem ſeminis, & ad ſemen ipſum conſtituendum, ut habeat vim activam, requiritur concoctio, quæ fit per calorem:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

eſt enim ſemẽ excrementum concoctum & utile, alimenti ultimi, quod quidem eſt ſanguis: quare ad eliciendũ iſtud excrementum, & ad ipſum conſtituendum validum pro vi activâ generandi, requiritur calor, & quidem validus, ut ex eo conjicere eſt, quod ſenes calore deficientes non poſſunt ut plurimum ſemẽ producere. Unde ſic aliud argumentum conficere poſſumus. Si calor in fœmina non poteſt eſſe ſufficiens ad iſtud opus, ridiculum eſt dicere, fœminam habere ſemen, quod quidem active ſe habeat ad opus generationis; ſed certum eſt, & ipſius etiam Galeni cõſenſu comprobatum, quod impoſſibile eſt fœminam habere tantũ caloris ſubſtantialis ut poſſit facere talẽ generationem, ex qua prodeat tale ſemen; ergo impoſſibile eſt etiam fœminam præbere principium activum. Quod vero ſit impoſſibile, ita oſtenditur: Gradus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

dus caloris iſtius ſunt determinati, unde gradus maſculi eſt ille, qui imponit finem & determinationem huic calori: (nec enim in omni ſpecie haberi poteſt gradus ultra hunc quo maſculus inſtituitur) ex quo manifeſtum fit, fœminam non poſſe habere calorem ſufficientem ad producendum ſemen, quod active concurrat, quia ſic deberet habere ultimum gradum, & ita non eſſet fœmina, ſed maſculus. Particulam autem caloris ſubſtantialis adjunxi, intelligendo calorem in temperamento, & conſtituentē ſubſtantiam illius temperamēti, in partibus animalis, & præſertim in corde, tanquam in principio: (quod diligenter animadvertendum eſt propter illa quæ inferius dicenda ſunt.) Ariſtoteles igitur propter hæc, de quibus dubitari non poteſt, conſtituit hanc ſuam ſententiam. Quod Mas active concurrat, Fœmina

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

nina vero præbeat materiam: ut ex ſequentibus adhuc magis patebit.

DICTATVM SECVNDVM.

Ex abſurditate ſententiæ Galeni, Ariſtotelis magis confirmatur. Exponitur ulterius Ariſtotelis ſententia, de reliquis quæ ad ſeminem pertinent, & quomodo maſculus dicatur fœminam appetere; fœmina maſculũ: quodque Galenus Ariſtotelem non intellexit.

SUnt etiam aliæ rationes quæ facile perſuadeant rem ita ſe habere, ſi conſideremus ſententiam ab hac diverſam. Volunt enim alii fœminam habere ſemen, quod ſit virtutis activæ, & concurrat tanquam materia, ad fœtum generandum: & ſimiliter maſculum habere ſemen, quod habeat vim

vim generativam, & concurrat etiam tanquam materia. Sed videte, obſecro, abſurditatẽ. Primo enim erunt duo efficientia, non ſubordinata, unius ejusdemq; effectus, nempe ſemen maris, & ſemen fœminæ: deinde erunt etiam tres materiæ, ſcilicet, corpulentia ſeminis in maſculo, corpulentia ſeminis in fœmina, & ſanguis menſtruus. At quis unquam poſſet cogitare factum eſſe à Naturâ, (quæ ſemper facit perfectum & bonum) ut unius effectus ſint duo efficientia diſtincta, & tres materiæ. Nec valet, ſi dicant, unum tantum eſſe efficiens, tunc enim hoc eſſet, vel quia efficiens in fœmina, & eſt imperfectum, & ſubordinatur efficienti in maſculo ad agendum; vel quia iſta ſemina ſimul miſceantur, & fiat unum efficiens. Si primum admittatur, eſt facere naturam ludentem, quæ faciat ſemen in fœmina, quod non ſit ſemen, & ſimiliter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

militer in maſculo, poſtquam nullum illorum, per ſe, ſolum, habet vim promendæ ſuæ cauſalitatis: præterea nunc ſumus inter individua, quæ quidem non ſunt ſubordinata unum alteri, ſed unumquodque per ſe, ſeparatum exiſtit: quare non eſt ut poſſimus, in eodem genere cauſæ, invenire hanc ſubordinationem, quæ ſolum dicitur, ubi eſt magis & minus univerſale, quia univerſale continet particulare, & eo modo bene dicitur, quod ſol & homo generant hominem: quare hæc ſubordinatio, in individuis, eſt purum ſomnium. Quod etiam pertinet ad aliud, nimirum quod iſta ſemina miſceantur, utinam (diceret Averroës) poſſent declarare, quomodo, cum illud ſit impoſſibile prorſus quod volunt: non enim poſſunt miſceri, ita ut ex illis unum fiat, qualis eſt mixtio elemẽtorum, nam hæc fit per actionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

& paſſionem, per quam ſimul a-mittunt aliquid, & terminantur in unũ. Nec magis etiam urget ſi velint ipſam fieri per juxta poſitionẽ, quatenus ſimul dividantur & juxta ponantur ſecundum minimas partes: Iſtud enim nihil facit, nec impedit quominus ſint diſtincta, & debeat unumquodque operari ſecundum ſuam virtutem: unde poteſtis ſic dicere: ſi ſemen haberet facultatem activam, haberet facultatem animaſticam, quia hæc facultas tendet ad productionem animæ: quare ſi ſunt duo ſemina diſtincta, ſunt etiam ibi duæ facultates animaſticæ, atque ideo duo ſemper deberent generari, quod tamen dictum ſit ex oblata occaſione, ac veluti per tranſennam, ſiquidem dabitur in ſequentibus occaſio de hac ratione ulterius dicendi, quum examinabimus dicta Galeni. Non oportet vero turbari & laborare circa plures materias

quas

quas reprobavimus, quia videmus plures eſſe partes diverſas in conſtitutione animalis, quaſi vero propter hoc ſit neceſſarium plures haberi materias; Etenim licet plures ſint partes diverſæ, unica tantum & eadem eſt forma, & materia ordinatur ad formam, non ad partes formandas: Et quemadmodum individuum quodlibet eſt unum in eſſe, per unam materiam & per unam formam, ita etiam in fieri ſe res debet habere: & ſicut ad aliam formam alia materia, ita ad unam formam una materia ordinatur. Sed erit occaſio dicendi de hac partium diverſitate inferius, quia hoc eſt unũ ex præcipuis Galeni fundamentis, quod tamen quã ſit debile & ruinoſum, tunc videbitis. Adjungatis interim iis quæ dicta ſunt. Quod ſi res ita ſe habet, ut fœmina præbeat ſemen vi activa præditum, & præterea ſit pars materialis ex qua fit fœtus, deinde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

etiam habeat ſanguinem menſtruum, qui & ipſe eſt materia, & tandem habeat locum deſtinatum generationi ipſius fœtus : ſi, inquã, res ita ſe habeat, fœmina plus concurrit ad generationem quam maſculus, cum habeat omnia requiſita, quæ non habet ipſe maſculus; & inde poteſt aliquis colligere, Quod maſculus ex natura debet magis appetere fœminam, quam fœminam appetat marem; Appetitus enim eſt propter indigẽtiam, & fœmina multa habet, quibus indiget maſculus, ſanguinem videlicet menſtruum & locum, quæ non ſunt in maſculo, quare ſi maſculus naturâ appetit generationem, debebit multo magis appetere fœminam, quam fœmina maſculum. Ne tamen in hoc erretis, advertendum eſt, Quod in uno ſenſu verum eſt, maſculum magis appetere fœminam, quam fœminam maſculum, ut etiam ab Ariſtotele

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ſtotele dictum eſt: Res vero ita ſe habet. Appetit fœmina maſculum, propter inſtinctum naturalem, quem habet ad generationem, pro æternitate in ſpecie conſequenda; ſed iſte appetitus eſt propter ſuam imperfectionem; habet enim materiam quæ de ſe non poteſt promoveri ad actum generandi, quare ut perficiatur, appetit maſculum à quo expectat perfectionem. In alio autem ſenſu, magis appetit maſculus fœminam, ratione qua magis appetit illam ſui æternitatẽ: Æternitas enim eſt perfectio, & maſculus perfectior eſt fœminâ, quare majorem habet propenſionem ad illam appetendam maſculus, quam fœmina. Cum igitur uterque, & maſculus & fœmina, ſeſe appetant propter generationem, & neuter ſine altero poſſit illam adimplere, hæc eſt differentia, quod fœmina præbeat materiam, quæ de ſe non poteſt pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

moveri ad actum generandi, ex ſua ratione intrinſecâ, & habet defectum ad operandum: Maſculus, vero, licet indigeat materiâ, ut poſſit generare, nihilominus hoc non eſt illi de ſua ratione intrinſecâ quod ſcilicet debeat acquirere vim activam ad generandum, ita ut ex materia adjungatur illi aliquid facultatis, ſed indiget ſolum ratione extrinſecâ, quatenus ex nihilo nihil fit, & quatenus, ſi debet agere, requiritur aliquid in quod agat. Præter hoc autẽ quod dictum eſt, neſcio quo modo ſufficienter poſſit reſponderi; quod fœmina non poſſit concipere per ſeipſam, habet enim materiam omnem requiſitam, habet vim agendi, habet locum, quæ omnia neceſſario debent eſſe ſimul proportionata: Natura enim non facit quidquam temere: unde cum hæc ſint proportionata, & adſit activum & paſſivum, & nullum inter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

tercedat impedimentum, libenter intelligerem, cur non ſequitur actio; ſemper enim præſentibus activo & paſſivo, nulloque intercedente impedimento, neceſſarium eſt ſequi actionē, quia actus ſecundus non ſeparatur à primo, niſi ratione impedimenti: Nec reſpondēdum, Quod illa virtus activa ſit imperfecta, quia facimus naturam deficere, & non plene, quod facit, efficere: Enimvero vel poteſt facere vim illam perfectam, vel non poteſt, ſi non poteſt, jam recurrit dictum illud, Quod natura non aggreditur facere id, quod non poteſt eſſe factum, quia temere & fruſtra faceret: ſi poteſt facere, jam oportet feciſſe, quia melius eſt perfectum quam imperfectum: imo ponere tot agentia & tot materias diſtinctas, eſt ponere magnam difficultatem in generatione, & occaſionem multorum impedimentorum, quod qui-

dem non decet naturæ providentiam. Ex iſtis igitur & ejuſmodi aliis, quæ magis patebunt cum de Galeni dictis erit ſermo, poteſt colligi, rationalem magis eſſe ſententiam Ariſtotelis, quam ſit alia quælibet, quæ quidem ſententia eſt hæc, ſcilicet, maſculũ emittere ſemen, quod habet vim ſolam activam, & nihil concurrat paſſive ad generationem: fœminam vero præbere materiam, quæ ſit ſanguis menſtruus, & præter hunc, aliud non habere ſemen. (Ariſtoteles autem hunc ſanguinẽ menſtruum aliquando appellat ſemen, quia non omnis ſanguis poteſt eſſe materia fœtus, ſed talis qui ſit excrementũ, ultimi alimenti, & ſit concoctus, vel diſpoſitus & proportionatus ad partiendum, pro generatione) fœminam præterea dicit præbere locum generationis, ut convenit præbenti materiam: & ex hoc definiebat Ariſtoteles,

maſcu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

maſculum eſſe eum qui generat in alio, fœminam vero illam quæ generat in ſeipſa: Quæ quidem ſententia poteſt eſſe ex ſuperioribus ſatis aperta, ſed reddetur evidentiſſima & certa, cum reſpondebitur Galeno; diximus autem, hîc non omnia de ſemine eſſe dicenda, ſed ea tantum quæ attinent ad præſentem intentionem vindicandi Ariſtotelem à calumniis Galeni. Quod igitur attinet ad ſeminis generationem, & unde proveniat, ſupponatur nunc, quod provenit à corde, de qua tamen re habetur aliquid in ſermone. *De Principatu membrorum:* Quantum vero ad ſeminis ſubſtantiam, illud eſt ſubſtantiæ Aqueæ & Aëreæ, in quo conſentit etiam Galenus: Eſt enim veluti ſpuma, & talis conſtitutio eſt requiſita, ut poſſit ſeſe applicare ſanguini menſtruo, modo convenienti, ad ea facienda quæ occurrunt: Eſt tamen magis Aëreæ ſubſtantiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ſtantiæ quam Aqueæ, imo ſemen Aqueum eſt infœcundum: ſic igitur exiſtens quantum ad ſubſtantiam, debet modo operari; Operatur autem per caliditatem, de qua dicebat Ariſtoteles, quod neque eſt ignis, aut ab igne originem ducens, ſed quid præſtantius, reſpondens elemento ſtellarum, de quibus, quoniam habẽtur multa in explicatione tertii capitis, libri ſecundi de generatione animalium, quæ non ſunt nunc repetenda, ſolum hîc dicimus, quod ignis, ut ignis, non transformat alia, niſi quatenus ea convertit in ſeipſum; iſte vero calor, qui eſt dominus actionis generativæ, debet transformare materiam in aliud quod eſt præſtantiſſimum, quare merito dicitur, quod nec eſt ignis, nec ab igne originem ducens, in ordine ſcilicet ad hanc operationem, alioquin eſt ex igne, temperato aliis elementis, in ſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

minis mixtura, & dicitur proportione reſpondens cœlo, quia elementa, ut ſunt ſub cœlo ordinata, acquirunt vim, quam de ſe non haberent, ut diſſerit Alexander, in 2. quæſtion. cap. 3. Quoniam igitur iſte calor ſubordinatur cœlo, per hanc vim quam habent elementa, prout à cœlo gubernantur, ideo dicitur proportione reſpondere elemento ſtellarum; habet enim eam proportionem ad generandum fœtum, quam habet cœlum ad omnium generationẽ: Atque hoc unum interim volo vos admonere, nempe, Quod Galenus inquiens Ariſtotelem conſentire etiam quod ſemen ſit veluti ſpuma, aſſerit ideo ipſum laudaſſe fabulam quæ Venerem ex ſpuma Maris ortam eſſe fingit, cum tamẽ locus Ariſtotelis nuſquam hoc dicit, habet enim tantum hæc verba: *Nec vero homines antiquos latuiſſe videtur naturam ſeminis*

eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

eſſe ſpumoſam, deam enim quæ rei Venereæ præeſt, ab ea ipſa faculta-te nominarunt. Hîc autem nihil de fabula, & ſi Galenus hahuiſſet in memoria Grammaticam, melius rem intellexiſſet; Ariſtoteles enim ſe refert ad nomen quo veteres appellavere Venerem, dicit enim, ab ea ipſa facultate nominarunt: appellant autem Ἀφροδί-την à verbo ἀφρέω ſive ἀφρίζω, idem ſignificante quod apud latinos, ſpumo, quod notare volui, quoniam Galenus arguit aliquos Peripateticos qui non perlegerunt totum Ariſtotelem, nec accurate, licet ipſemet idem videatur feciſſe, ut inferius magis patebit. Inſuper ſemen ipſum à corde proveniens, habere aliquam elaborationem in teſticulis, concedit etiam Ariſtoteles, quæ quidem elaboratio facit ſemen eſſe ſpumoſum, eſt enim ulterior concoctio: ſed de hoc ſatis dictum in ſermo-

ne,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ne, *De Principatu Teſticulorum;* poſito à Galeno, Tandem unum eſt ex Ariſtotele dicendum, de quo erit etiam controverſia cum Galeno, & eſt, *ſemen, vi, quam habet, activa, concurrit active ad generandum:* At corpulentia ſeminis ipſius quomodo ſe habet? quid de ipſa fit? Galenus quidem docet quod ex ipſa fiant nervi, venæ, arteriæ, & aliæ partes, quæ ſpermatice appellantur; Ariſtoteles vero, *Quod perfecto fœtu illa corpulentia evaneſcit;* quod etiam eſt rationale & neceſſarium, ut apparebit cum de Galeno repugnante erit ſermo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

TERTIVM DICTATVM.

Confirmatur Ariſtotelis primum fundamentum, ex ſolutione objectionum quæ de plantarum ſeminibus afferuntur. Redditur ratio quare conjunctum fuit in plantis utrumque principium. Explicatur quomodo ſexus in plantis eſſe dicatur, & naturam facere id quod melius eſt.

DIctum eſt, melius dividi principium activum, à paſſivo, & naturam ideo (quia facit ſemper id quod melius eſt) feciſſe hanc diſtinctionem in maſculo & fœmina: verum poteſt aliquis recurrere ad plantas, in quibus uniuntur ambo principia pro generatione: quod enim vocatur ſemen in ipſis, habet utramq; facultatem, ut granum tritici, fabæ, & aliorum: Non igitur quia ſit melius debuit diſtingui activũ à paſſivo, ſi natura in illo genere, faciendo id quod melius,

(ut

(ut ſemper facit) iſta duo ſimul cō-junxit, & hoc eſt unum è validioribus quæ objiciuntur Ariſtoteli à Galeno, qui cap 9. lib. 1. de ſemine, ſic loquitur: *Quapropter juſta accuſatione Ariſtotelē accuſaverim, non ſolum quod neglexerit id, quod negligere ipſum non conveniebat, ſed etiam quod ſui ipſius dogmatum oblitus eſt, & naturæ opera differenter exponit circa plantas & circa animalia; videns itaque in omnibus plantis ſemen, non minus materiale, quam opifex ſeu efficiens principium in ſe habere, in animalibus alterum aufert, quanquam hoc ſolum ſufficiebat, viro circa naturam admirando, geniture utilitatem oſtendere.* Videtis quam reſolute loquatur: ſed cum dixerimus inſuper, non alia ratione ſexum fuiſſe diſtinctum, quam ut diſtingueretur activum à paſſivo, ideoque facta fuiſſe in ſpeciebus individua maris & fœminæ: hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

etiam non minus reprehendit Galenus, quia in plantis habentur mas & fœmina, & nihilominus conjuncta ſunt in ipſis activum & paſſivum principium, quod autem in plantis, ſint maſculus & fœmina habemus conſentientes omnes qui de plantis ſcripſerunt, & imprimis Theophraſtum, ad miraculum uſque in earum hiſtoria verſatum, ipſe ſiquidem maſculum & fœminam eſſe in pluribus plantis, ut in palmâ, pino, & pluribus aliis ſcripſit, in primo de hiſtoria plantarum, & ſecundo ac tertio, variis locis; ut omnino ſit pro certo habendum, maſculum & fœminam agnoſci in plantis, ab iis qui illas obſervant; Quod ſi hoc verum eſt, nos maxime erravimus, qui non alia magis ratione diximus diſtinctum eſſe maſculum à fœmina, quam ut principia agendi & patiendi diſtinguerentur: verum tamen hæ difficultates non

ſunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ſunt adeo difficiles, ut prima facie videntur: tolluntur enim facillime rei ipſius naturâ perſpectâ; ſic autem progrediendum. Natura facit quidem in omnibus id quod melius eſt, ſed non ſimpliciter melius; verũ quod melius eſt ad unamquamq; naturam: Exempli gratiâ; Melius eſt eſſe hominem, quam plantã ſimpliciter, ſed non eſt melius, plantam eſſe hominem, quia ſi eſſet homo; non eſſet planta, & ita volens tranſire in hominem, vellet ſui deſtructionem: Cum ergo dicitur Naturam facere id quod melius eſt, intelligitur, quod faciat melius ad unamquamque ſubſtantiam & naturam proportionate, ſcilicet ipſi rei: Ex iſtis enim bonis ſingulis, ad ſingulas mundi partes proportionatis, reſultat poſtea bonum univerſi, quod eſt ſimpliciter bonum naturæ ſenſibilis ſubordinatæ primo omnium fini. hac igitur propoſitione ſic intellecta,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

quæ modo dicuntur à Galeno facile cadunt: Nam melius fuit plantis habere conjunctum utcumque principium, & ideo natura illud conjunxit. hoc autem melius fuiſſe patere poteſt facili negotio. Plantæ enim ſunt terræ affixæ, neque poſſunt ſimul conjungi ad generandum, ut faciunt animalia, nec item ſeſe complecti, ut una alteri præſtet principium pro ipſa generatione, quare ſi natura feciſſet principii diviſionem, feciſſet id, quod melius exiſtens ſecundũ ſe, peſſimũ tamen extitiſſet huic generi: Adjungite, quod plantę habẽt pro ſuprema facultate ſuæ ipſarum animæ, facultatem generativam, quare non ulterius procedens natura, quam ipſas ordinando ad generationem, quæ eſt ſumma ſua facultas, illis conjunctim tribuere debuit, quicquid poteſt adimplere opus generationis: & ſi hoc non feciſſet, ut ſcilicet haberent para-

tiſſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

tiſſimum id quo debent adimple-
re ſuum opus, valde defeciſſet. In
Animalibus vero res aliter ſe ha-
bet; nam animalia poſſunt con-
jungi, nec ſiſtunt in generativa;
ſed habent ſenſum, & quidem per-
fecta ſenſum integrum: Et homo
inter iſta etiam facultatem ratio-
nalem: quare ordinatur animali-
tas ad alia opera præſtantiora, un-
de fuit bonum iſta ſic conſtituere,
ut in his quæ ad vegetativam at-
tinent; non deberent multum de-
tineri & occupari, cum ad alia o-
pera præſtantiora debeant tranſi-
re: hoc autem melius non potuit
præſtare quam dividendo princi-
pia generationis: Nam ſic unum-
quodque minus occupatur, dum
non debet præſtare omnia princi-
pia quæ ad hoc opus requiruntur.
Quocirca graviter impingit Gale-
nus, dum vult Ariſtotelem ſic lo-
qui circa aniamalia, ut loquitur
circa plantas: quod enim bonum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

eſt plantis, hoc non bonum eſt animalibus, quæ ſunt gradus eminentioris. Quare ſi natura facit quod melius eſt unicuique generi, debuit neceſſario dividere opera vegetativa, quantum ad generativam, in talibus viventibus præſtantioribus, quia hoc melius illis eſt; quod etiam dicitur de diviſione ſexus, quam philoſophi, qui accuratius de plantis ſcripſere, in illis agnoſcunt, hoc non difficilius removetur: Nam mas & fœmina non reperiuntur in plantis in ordine ad generationem, ſed hæc nomina propter quaſdam alias differentias, ſunt in illis per tranſlationem uſurpata: Obſervatum eſt enim aliquas plantas eſſe aliis præſtantiores, vel propter conſtitutionem, quia ſunt denſiores aut rariores, vel omnino propter aliquid aliud quod non facit ad generandum, veluti quod ſint magis & minus nodoſæ, & ſic de aliis: Cum igitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

igitur non ſint in plantis mas & fœmina propter opus Generationis, recte dictum eſt factam fuiſſe diſtinctionem ſexus, ut dividerentur principia in plantis unita, quia etiam in illis ſexus eſt conjunctus in ordine ad generationem, licet metaphorice, & propter alias cauſas uſurpemus in illis vocabula maris & fœminæ. Ut autem habeatis aliquid circa hoc, obſervandum quod notant ſcriptores. Inter plantas diverſorum generum, eſſe aliquas aliis adjumento, ad faciendos ſuos fructus, quod eſt ratione nutrimenti: Exempli gratia, dicunt fabam reddere pingues agros, pro tritico ſeminando, & forte verum eſt experimentum, quoniam faba attrahit multum alimenti humidi aquei, cum multa portione terrena, unde quod relinquitur in agro, minus eſt aquæum & terreſtre, quale eſt alimentum quod triticum requi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

rit, ideoque videtur etiam redditus pinguior ager, quod tamen ſit dictum, exempli gratia. Habetur etiam aliud experimentum, quod ſi prope roſaria ſeramus allium & cæpas, roſæ illæ fiunt ſuaviores & jucundioris odoris, eadem omnino ratione; Nam allium attrahit alimentum acre, terrenum, aqueum, unde pro roſis remanet magis purum, aereum & tenue, cujus beneficio roſæ evadunt poſtea magis odoræ. Sic etiam in eadem ſpecie, una planta confert alteri, ſi non ratione nutrimenti, attractione alicujus alterius: quemadmodum caprificus prope ficum facit ut fructus fici ſint longe meliores, & facilius maturentur, quod evenit quoniam è caprifico prodeunt culices, qui ut nutriantur, petunt fructus fici, ipſoſque corrodentes aperiunt calori & aeri aditum, & hoc modo juvant ad maturationem & perfectionem;
imo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

imo aliquæ etiam plantæ ejuſdem ſpeciei adjuvant alias ad fructus maturandos, ex contactu ramorum, aut ſimili aliqua ratione, quia nimirum fovent calorem ex quo vegetius ſe habent, ad fructus maturandos, ſicut etiam nos fovemus calorem ſtomachi, ad concoquendum, quibuſdam appoſitis extrinſecus: ſimiliter igitur fieri exiſtimandum eſt de palma, quam dicunt maſculum, cum illa quam dicunt fœminam: Maſculus autem ille eſt qui facit flores, fœmina vero, quæ non flores, ſed ſtatim fructum edit, unde ob iſtas diverſitates, atque adjumenta, factum eſt, ut tranſlatum fuerit in plantas vocabulum maris & fœminæ. Hæc autem exempli gratia adduximus, cum apud Theophraſtum tota ipſa res videri poſſit eleganter pertractata. Quare ſi in plantis non reperitur mas aut fœmina, in ordine ad generationem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

hoc penitus confirmat quod ubi reperitur in ordine ad generationem, ibi quoque ſunt diſtincta principia agendi & patiendi, quæ in plantis fuere conjuncta. Præterea unum adhuc libet adjungere circa id quod dicitur. *Naturam facere id quod melius eſt:* In hoc enim quod melius eſt, eſt aliquid ſimpliciter neceſſarium, quod eſt invariabile, & neceſſario in omnibus requiſitum: deinde vero eſt etiam aliud ſimpliciter ſe habens ratione Boni, ſed accommodate ad unamquamque ſubſtantiam: Verbi gratia, cum *Vivere* unum genus viventium conſtituat, neceſſarium eſt in hoc genere haberi aliquid quod primo vivit, & ultimo moritur, quia omnia viventia naſcuntur & moriuntur, (loquendo de ſublunaribus.) Illud autem quod primo vivit & ultimo moritur, obſervatur eſſe cor, quare oportet in viventibus eſſe aut

cor figuratum, aut aliquid cordi proportione reſpondens, quia conditio hæc, quæ eſt, habere primo vivens & ultimo moriens, eſt omnibus viventibus communis. At non ſic poſtea ſe habet de ſpeciebus contentis ſub hoc genere: ſed quia genus variatur aſſumendo differentias eſſentiales quæ variant conſtitutionem ſubſtantiæ in ſpeciebus: ideo fit ut in uno vivente, quatenus tale vivens, aliquid ſit bonum, quod non eſt bonum in altero, ut apparet in propoſito de plantis & animalibus perfectis, dico, perfectis, quia ſunt etiam quædam animalia, in quibus ſexus eſt conjunctus, & inter illa referuntur Apes, de quibus nunc dicere prætermittimus, quia de iis præſtare dixit Ariſtoteles, in libris de Generatione animalium, & hæc quantum ad Ariſtotelem, pro confirmanda illius doctrina.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

QVARTVM DICTATVM.

Adducuntur fundamenta ſententiæ Galeni: quæſtiones & objectiones in Ariſtotelem.

SUpereſt nunc ut dicamus de Galeni ſententia;proponemus igitur illam, & ejuſdem fundamenta, quæ ſunt objectiones in Ariſtotelem, & reſolvemus quod erit reſolvendum, tandemque, quoniam Galeni fautores objiciunt, ſibi nonnullas Ariſtotelis rationes, quas ſolvunt, dicemus quoque de illis, & conſiderabimus rationes propoſitas ab ipſis, ex Ariſtotele, earumque ſimul reſponſiones & reſolutiones inveſtigabimus. Quantum igitur ad Galenum, ejus ſententia poteſt jam eſſe nota ex ſuperioribus: Arbitratur enim, *fœminam habere ſemen, ut maſculus habet, licet cum quadam imperfectione, & emittere*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

re ſemen in coitu, ſicut maſculus, & utrumque ſemen habere facultatem activam & paſſivam: ſed præterea ſunt etiam aliqui Galeni ſequaces, qui ex ipſo putant ſe excipere. *Quod ſemen habeat duplex corpus, unum aereum & tenue, aliud vero magis craſſum:* Ego etiam obſervo hęc verba apud Galenum, lib. 2. de ſemine, cap. 2. *Removendum igitur pronunciatum poſterius de Menſtruo & ſemine prolatum, neque enim ſemen facultas quædam eſt, ſed & materia quædam, neq; Menſtruum materia ſolum, ſed & facultas.* Ubi Galenus videtur dicere in menſtruo ſanguine eſſe etiam facultatem activam, & tunc habebimus tria efficientia, & tres materias, contra quod, præterea quæ ſupra dicta ſunt, poteſt iterum objici. Quod unumquodq; efficiens agit in paſſivum ſibi proportionatum, & quodvis patiens patitur ab effi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ciente ſibi pariter proportionato. Rationabile autem eſt, efficienti, quod eſt in fœmina, eſſe magis proportionatum paſſivum, quod eſt in ejuſdem ſemine, quapropter rationi maxime conſentaneum eſt, ut inter iſta duo ſequatur actio, ſimiliterque ſeſe habebit de iſtis in ſemine maſculi, & etiam ſe debebit habere in ſanguine menſtruo, ſi in ipſo ſunt etiam iſtæ duæ facultates: quare ſequentur tres actiones numero diſtinctæ, ex quibus neſcio quomodo poſſit reſultare unum numero: ſcio quidem reſponſionem communem eorum eſſe, quod iſta miſcentur & uniuntur, ſed pronum eſt dicere verba, difficile autem & arduum rem ipſam declarare: quod neſcio, an poſſint facere; verum quoniam de hac re ſupra dictum eſt, ſufficit nunc habeatur in memoria opinio Empedoclis, qui ponit Elementa intrare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

trare mutabilia, & dicit Mixta ex illis fieri ad minima diviſis, in qua diviſione Aqua eſt Aqua, licet minima, & Ignis Ignis, & ſic de aliis. Si igitur voluerint iſti miſceri in unum, per talem diviſionem, iſta corpora, nihil facient à ſeipſis diverſum, quia unumquodque ipſorum re manebit per ſe ipſum in ſua facultate; verum quoniam & de ipſa re jam dictum eſt, Galeni fundamenta nunc audienda ſunt.

1. Primo igitur oſtendit Galenus fœminam debere habere ſemen, ad modum maſculi, tali ratione; ſi ſint eadem inſtrumenta ſeminaria in fœmina & maſculo, oportet in illa nil minus haberi ſemen, quam in maſculo, quia ſequeretur quod iſta inſtrumenta eſſent fruſtra, ſi non haberent uſum, ad quem ſunt facta: eſſe vero eadem inſtrumenta in fœmina, quæ ſunt in maſculo; dicit Galenus, & perſpectũ fit ex diſſe-
ction

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ctione fœminarum & uteri, in quo evidentes ſunt teſtes, & alia quæ materiam ſeminariam deducant & vim ſeminariam adjungant, eo modo quo fit in teſtibus maſculi, & aliis partibus huic operi deſtinatis. Et quidem Galenus putat hoc fundamentum eſſe irrefragabile, nam & omnes Anatomici oſtendunt idem in fœmina eſſe intus, quantum ad membra generativa, quod in maſculo.

2. Subjungit deinde aliud fundamentum, omni etiam, ut arbitratur, exceptione majus, & in ſenſu fundatum, quia, ut ipſe vidit, & omnes Anatomici teſtantur, vaſa & teſtes ipſos eſſe ſemine plenos, humoris ſcilicet craſſi, albi, viſcoſi, qualis eſt ſeminis cõſtitutio. Quare putat hanc eſſe certiſſimam demonſtrationem, quia cognitio ſenſitiva eſt omni alia certior, imo dicit Ariſtoteles, demonſtrationes eſſe firmas & certas, quando concordant

cordant ſenſatis, unde non debet negari illud quod ſenſus reddit manifeſtum, niſi ab illis qui carent ſenſu.

3. Addit præterea Galenus, fœminam in coitu emittere ſemen, ut maſculus, quod probat ex ſimili delectatione quam habet, & fundamentum etiam aſſumit ex ſenſatis: non ignoratur enim fœminas in coitu voluptuoſe ſe habere & excitari in ipſis voluptatem, eo modo quo etiam in maſculis, cum ſemen emittunt, naſcitur enim illa voluptas ex contactu ſeminis tranſcurrentis, & ſeſe per illas partes moventis: ſi igitur idem in fœmina contingit, quod in maſculo, quantum ad hanc voluptatem, oportet fœminam ſimiliter ejaculari ſemen, ut maſculus.

4. Adjungitur ſenſata confirmatio: ad hoc enim ut concipiatur fœtus, ſemen debet in utero detineri: cum igitur fœminæ ſic ejiciunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ejiciunt, ut profluat extra uterum, quod contigiſſe ſignificatur, cum multum humectantur, tunc obſervatum eſt quod nõ concipiunt; cum vero emittunt quidem, ſed in ipſo utero, ita ut extra non profluat, tunc certum eſt ipſas concipere: Re igitur ſic ſtante, ſignificatur, ipſas habere aliquid quod emittant hora coitus, & quod faciat ad conceptionem, quod quidem nihil eſt aliud quam habere ſemen, & illud emittere.

5. Succedit fundamentum, quod ſemen fœminarum habeat vim activam, deprõptum ex ſimilitudine natorum, qui aliquando ſunt ſimiles patri, aliquando matri, ex quo ſic nectit argumentum, quod recentiores magni faciunt: Similitudo quæ in natis reperitur, tam ad patrem quam matrem, debet evenire propter aliquod commune principium, & patri & matri: tria autem ſunt quæ ad hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

concurrere poſſunt, nimirum vis activa ſeminis, & ſemen ipſum, ſanguis menſtruus, & locus in quo debet fieri conceptus: ex iis autem locus eſt proprius fœminæ, & ſanguis item menſtruus, quare hæc duo non poſſunt eſſe cauſſa aſſimilationis fœtus patri & matri: relinquitur igitur ut talis ſimilitudo proveniat ratione ſeminis operantis, quia Agens eſt id quod dominatur operationi, & rei quæ fit; oportet igitur hanc communitatis rationem naſci, quia ſimul communicent mas & fœmina, in eo quod uterque ſemen habeat virtutis activæ.

6. Adjungit exemplum caſtratorum, qui effœminantur & redduntur propemodum inepti generationi, eo quod ablatis inſtrumentis ad ſemen facientibus, auferatur ab eis magna vis, & adeo refrigerentur, ut non videantur amplius mares, nec appetant coi-

itum, ut antea, quod non eſt tantum videre in maſculis, ſed etiam in fœminis, ſi caſtrantur, quemadmodum refert Galenus contigiſſe circa ſues fœminas, quæ alibi conſuetæ erant caſtrari, & poſt caſtrationem, non appetebant ſolum coitum, ſed ab ipſo abhorrebant, ex quo reddebantur pinguiores & ſuaviores ad veſcendum: ex quibus colligit Galenus: Quod ſi operatio ipſa in venis ſemen facientibus eſt æqualis conditionis in maſculo & fœmina, oportet in utroque eſſe ſemen ejuſdem facultatis, & eodem modo ſe habens, quocirca tam in ſemine fœminę quam maris erit virtus activa.

7. Vtrumque etiam ſemen præbere materiam oſtendit idem Galenus evidentiſſimo argumento, interrogando ipſum Ariſtotelem, quaſi non poſſit reſpondere, aitque non eſſe dubium venas, ner-

vos, arterias, eſſe in corpore principalia inſtrumenta pro anima, & pro vitæ conſervatione: at ſi ſemen non præbet materiam ad hæc facienda, ex qua tandem erunt? nota ſiquidem eſt iſtorum conſtitutio, & ſi conſideremus ſemen craſſum, viſcoſum, eſt materia omnino proportionata ad hæc facienda, quæ habent hanc naturam, & ſunt alba, ut ſemen eſt album. Velle autem illa facere ex ſanguine, omnino repugnat, quia ſanguis non eſt proportionatus illorum ſubſtantiæ: iſta enim ſi deperdantur, non poſſunt inſtaurari; caro vero deperdita reſtauratur, quia fit ex ſanguine qui ſemper adeſt: quare vel iſta fiunt ex ſanguine, vel ſemen præbet materiam illis faciendis: ridiculum autem eſt aſſerere quod fiant ex ſanguine, ergo oportet dicere, ſemen præbere illis materiam. Quod ſi aliquis velit contendere vim acti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

vam ſeminis transmutare materiam ſanguineam ad talem conſtitutionem, qualis requiritur pro illis generandis, is faciet naturam ineptam & fruſtra operantem cum enim habeat materiam idoneam jam præparatam, illam abjiceret & vellet aliam, quæ remotiſſima eſt, diſponere ad id, ad quod eſt inepta, quocirca non poteſt negari quin iſtæ partes (quæ ideo etiam ſpermaticæ appellantur) ex ſemine materialiter proficiſcantur.

8. Tandem vertitur ad Ariſtotelem tali interrogatione: ſi corpulentia ſeminis non ſe præbeat tanquam materia aliquarum partium in conſtitutione fœtus, quid de illa agetur? & quoniam dixit Ariſtoteles hanc corpulentiam, fœtu perfecto, evaneſcere, in ſpiritum converſam, ideo reſpondet Galenus, hoc non eſſe recte dictum, nec Ariſtotele dignum, cum

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

non poſſit hoc fieri, quin in utero dolores percipiantur, qui tamen non ſentiuntur, ſed perfecto fœtu, omnia tranquilla remanent. Atque hæc ſunt de quibus nunc eſt diſſerendum: ſi enim ſunt aliqua alia, (ut plurima dicit Galenus, ſemper digrediendo) quæ requirant pro noſtro propoſito aliquam explicationem, hæc conſiderabuntur in explicatione Averrois, qui & ipſe attingit omnia Galeni dicta, & ea conſiderat; nunc vero de iſtis fundamentis, quæ, ut videtis, ſunt oppoſitiones, contra Ariſtotelem, accurate eſt dicendum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

DICTATVM QVINTVM.

Solvuntur quatuor Galeni rationes: Et docetur, quomodo fœminæ habere poſsint organa ſeminaria; & in quem uſum: quomodo ſenſus poſsint decipi: unde fœminis delectatio ſit, & à qua cauſa fiant caſtratæ frigidiores.

CONſiderãda ſunt propoſita pro Galeni opinione, & reſolvendum pro opportunitate quicquid in illis eſt contra Philoſophum.

Primum igitur fundamentum erat, ſumpto argumento ab omnibus ſeminariis inſtrumentis, quæ per anatomen in fœmina conſpiciuntur, & talis erat Argumentatio: habet fœmina omnia organa ſeminaria, ergo habet illorum uſum, quare habet etiam ſemen. Circa quod primo conſidero hanc conſequentiam, habet organa, ergo habet & uſum; dupliciter enim

poteſt

poteſt intelligi illud, habere organa, materialiter ſcilicet (ut utamur terminis ſcolarum) vel formaliter: ſi accipiatur materialiter, non valet conſequentia, quia poteſt eſſe ut aliquod animal habeat organa omnia generativa, & tamen non ſit generativum, quemadmodum mulus & mula: habent enim organa omnia generativa, neque tamen incumbunt generationi, pro conſervatione ſpeciei: quod ſi aliquando mula peperit, illud eſt accidentale, & ſi alicubi mulæ generant, illud contingit propterea quod in illa regione magis calore abundant, neque tamen propter illorum concubitum fit conſervatio ſpeciei, quæ fit per equam & aſinum. Sed ulterius, cum habeamus mures ortos ex putredine & genitos ex ſemine; qui ſunt orti ex putredine, omnia habent quæ etiam habent alii, non tamen generant ad ſpeciei conſervationem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ſed ſi aliquid generans, illud eſt diverſæ ſpeciei, & in ipſo poſtea generatio terminatur: habent tamen organa, quatenus habent partes ſic formatas & figuratas, ut habent etiam alii mures, qui ſunt generativi, & hoc eſt habere materialiter illas partes, non autem formaliter, ſcilicet eadem facultate præditas, & ad idem opus factas, ſimiliter ac ſe habet de oculo mortui, qui materialiter eſt idem ac in vivo, ſed non videt quia non habet eandem formam. Si igitur intelligatur conſequentia in hunc ſenſum, non valet, habent organa, ergo & uſum, ut maſculi: ſi vero intelligatur ſecundo modo, nempe formaliter, tunc eſt petitio principii, quia habere illa formaliter, non eſt aliter quam habere illa ad eundẽ uſum, & prædita tali facultate, quod quidem Anatomicus per inſpectionem non poteſt videre. Sed præterea non eſt verum quod habeant

eadem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

eadem organa; præterquam enim quod illi teſtes appellati, non ſunt teſtes, ut dicetur, deeſt in fœminis principium ſeminis, quod eſt cor ita calidum, ut ſupra dictum eſt: & quamvis Galenus velit ſemen fieri in teſtibus, quod eſt reprobatum in ſermone *De Principatu membrorum,* non tamen poteſt negare, concurrere etiam cordis calorem, cum ſuis principiis, quia cor eſt principium vitæ, & vita eſt communis generatione, & omnibus aliis facultatibus, niſi enim vivant, nihil agent. Videndendum modo utrum poſſimus invenire uſum iſtarum partium ſic formatarum, in quo licet dicturi ſimus contra omnes Anatomicos, nihilominus bonum erit hæc dicere, ut res poſtea attentius conſideretur. Primo igitur illi qui dicuntur teſtes, ſunt glandulæ ad recipiendam humiditatem qua abundare debet uterus, & ad recipien-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

da inſtrumenta, quibus ſemen (quod dicimus ſanguinem menſtruum) expurgetur: ſunt poſtea alia vaſa de quibus exacte Anatomici, quæ etiam (ut dicunt) inveniuntur repleta humiditate, quod eſt maxime rationabile: Si enim Natura fecit glandulas in multis corporis partibus, etiam in inguinibus, propter vaſa genitalia, ad opus illud quod diximus, multo magis debuit facere in utero, qui maximam partem in generatione obtinet. Rem igitur totam ſic conſiderate. Uterus debet fœtum continere, quare debet ſervari modus conſiſtentiæ, debet extendi & dilitari, quoniam fœtus in ipſo creſcit ad magnam molem; debet denique roborari, ne diſrumpatur, fœtus incremento, & omnino ne patiatur, debilitatus in toto tẽpore prægnationis; & ideo dicunt Anatomici ſe reperiſſe uterum dilatatum in prægnantibus,

qui tamen factus erat craſſior, cum extenſione & dilatatione deberet potius attenuari: Hæc autem tria ſunt maxime neceſſaria, & niſi Natura his providiſſet, eſſet improvida; quare dico ego, iſtas glandulas humiditatem ſervantes, & illa vaſa humiditatis plena, ad hunc uſum à Natura eſſe facta: & quod ipſi dicunt, reperiri in illis humiditatem craſſam & viſcoſam, quam maxime arridet noſtro dicto, quia ad faciendam illam incraſſationem & extenſionem, requiritur talis humiditas quæ ſit craſſa & viſcoſa; ut poſſimus jure merito dicere ſi hæc inſtrumenta habeant uſum maxime neceſſarium, & maxime tamen remotum à generatione ſeminis, non bene ex ipſis deduci argumẽtum. Quod fœminæ habeant ſemen. Quod volui dixiſſe, ut cogitetis de hoc uſu, & aliis cogitandum tradatis.

Suc-

Succedit modo aliud fundamentum ex ſenſu, in quo putat Galenus ſe victoriam obtinuiſſe, dicit enim viſam à ſe multoties hanc humiditatem albam, craſſam & viſcoſam, quæ ſunt qualitates ſeminis, quod ſi ſenſus hoc dicit, certe caret ſenſu qui hoc negat. Nos vero inpræſentiarum erimus ex eorum numero qui hoc negant: quare ad memoriam revocate quæ habuimus, tractantes de ſenſibus: ſenſus enim vidẽs, exempli gratia, albedinem multam in cacumine montis, non poteſt dubitare quod illic ſit albedo, quia ſenſus non decipitur circa proprium objectum: ſed utrum ſit albedo nivis, aut nubium Solis radiis illuſtratarum, in hoc decipitur, & poſſunt eſſe nubes, quæ judicabuntur tamen eſſe nix: pari modo ſenſus videt albedinem, viſcoſitatem, ſentit & craſſitiem: ſed dicere quod iſtis ſubjecta ſit ma-
teria

teria ſeminis, hoc requirit altiorem indaginem, unde ſi argumentaretur Galenus à ſenſibilibus, circa rem ſenſibilem, tolerari poſſet, ſed argumentatur à ſenſibilibus ad rem non ſenſibilem, quæ eſt ſubſtantia ſeminis; quare vel decipitur, vel vult alios decipere: ſubſtantia enim ſeminis conſiſtit in vi generativa, & in tali concoctione ejus quod vim illam habet, quæ quidem ſenſu non percipiuntur. Hoc etiam unum volo adjicere, quod eſt, Galenum ſupponere ſemen eſſe viſcoſum, de qua re ego quidem non feci experimentum, ſed ex ratione non parum dubito: nam viſcoſum eſt trahibile, habens humiditatem ad hoc facientem, quæ quidem eſt aquea; ſemen vero, licet ſit aqueum, eſt tamen à prædominio aëreum: quare nivi ipſum aſſimilant & ſpumæ, neſcio igitur utrum bene ex viſcoſitate poſſimus arguere ſeminis naturam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

eſſe viſcoſam, quia non videntur viſcoſa à prædominio aërea: habebit potius lentorem, qui tamen non eſt viſciditas.

Argumentabatur præterea Galenus, in ſemine fœminino eſſe vim activam, ex ſimili delectatione concubitus in maſculo & fœmina, ſed non minus invalide quam ſupra: nam talis delectatio fit per commotionem illius humiditatis circa eas partes, unde fit quædam titillatio illarum partium, ex qua excitatur ſenſus ita jucundus: titillationem vero facere commotionem, experimur in pueris, quorum partem aliquam ſi digitis titillemus ſtatim exultant & in riſum prorumpunt: quare non ſolũ ex ſemine poteſt provenire delectatio, ſed etiam ut provenit in fœminis, ex tali humiditate ſeſe movente; cujus rei ſignum eſt quod multæ emittunt talem humiditatem, & totæ madeſcunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

deſcunt in illis partibus, & iſtæ (ut ego arbitror) majori cum delectatione concumbunt & etiam in hominibus manifeſtum, in quibus fit commotio talium humiditatum, præter ſeminis ejectionem. Quare nihil mirum etiam in fœminis accidere delectationem abſque ſeminis emiſſione, quas quidem dicebat Ariſtoteles habere ſimilitudinem cum pueris, & eſſe de pueris, ut de fœminis. Adducebat etiam animalia caſtrata, quæ amiſerunt vaſa deſervientia huic voluptati quæ eſt in coitu, non amplius appetere coitum, & fieri pinguia, frigidiora; atque maſculos evadere propemodum effæminatos; deducebatque rationem ad teſticulos in quibus ſemen generaretur, & qui provide præditi eſſent multa caliditate, qua carerent qui eſſent exſecti, ideoque frigeſierent. Nos vero hic tantum dicimus, quod ratio,
cur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

cur maſculi pingueſcant effœminenturve, non eſt alia, niſi quod Natura vertit in aliud iſtud excrementum quod ad genitalia tranſmittebat; & quoniam pinguedo habet quandam proportionem cum illo; Etenim eſt etiam excrementum ſanguinis concocti, ideo tranſit illud excrementum in pinguedinem, atque ideo animalia fiunt pinguiora, ideoque etiam poſtea refrigerantur, quia ſicuti parum pinguedinis fovet calorem ſanguinis, ita & multum opprimit, adeo ut ad mortem nimia pinguedo deducat: ratio igitur non eſt tribuenda ſemini: ſed ſi in fœminis locus ad quem excrementa prædicta affluunt quovis modo impediatur, illa debent alio confluere, unde & iſtæ fient pinguiores, frigidiores & coitum non appetentes, quia ille appetitus naſcitur ex promptitudine ad ipſum, quam calor facit. Adjungite etiam

quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

quod ad hanc coitus delectationem concurrit imaginatio, ut cognoſcimus, quia magis oblectamur cum amaſiis concumbentes: Quocirca cum debilitatis illis partibus, etiam imaginatio non ad illas convertatur, fit ut coitus non amplius ita deſideretur; Atque hoc modo ſolvēda ſunt argumenta quibus Galenus probare conatur fœminas habere ſemen.

Solvendum modo quod dicit de ſimilitudine natorum, ad probandum ſemen illud obtinere vim efficacem, & declarandum ut ſimilitudo proveniat, quod facit Ariſtoteles mirabiliter, & mirum eſt Galenum illum non vidiſſe, qui reprehendit alios, tanquam non Peripateticos, quod totum Ariſtotelem non viderint.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

SEXTVM DICTATVM.

Reſpondetur reliquis Galeni Objectionibus: Et docetur quare liberi aliquando patri, aliquando matri ſint ſimiles: unde venæ, arteriæ, nervi, &c. conformentur: quomodo ſemen diſſolutum, verſumque in ſpiritum dolorem non excitet.

RESolvendum eſt igitur argumentum ductum à ſimilitudine natorum, quæ requirit, ut dicit Galenus, commune principium in maſculo & fœmina, quandoquidem modo patri, modo matri, proles aſſimilatur. Probat autem Galenus non poſſe eſſe commune aliquid, quod ſit cauſa hujus, præter ſemen, virtutis activæ, in utroque; & hoc male. requiritur enim communicatio in cauſa, reſpectu iſtius aſſimilationis: atqui non poteſt eſſe major quam illa quæ habetur, dum maſculus habet vim effe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

effectivam, & fœmina præbet materiam. Communicatio vero in hoc conſiſtit, quod uterque præbet principium eſſentiale ad talem generationem, & quidem principium Eſſentiale ſic natura conjunctum, ut non poſſit ſeparari: neque enim ſine efficiente fiet fœtus, neque efficiens faciet ſine materia: unde ſatis evidens eſt, quid ſit dicendum de hoc communi principio: major quippe eſt hoc pacto communitas, quam ut dicit Galenus, quia duo efficientia numero diſtincta, quorum unum non continet aliud, vix poſſunt habere ullam communitatem. Cum igitur quærit Galenus principium commune faciendæ hujus ſimilitudinis, reſpondendum illud conſiſtere in hoc, in quo communitatem mas & fœmina præberent, ſcilicet in Eſſentiali principio æqualiter requiſito, ad faciendam fœtus generationem. Similitudo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

verò & illius cauſa, modo eſt declaranda, de qua poſtea poteritis videre Ariſtotelem, libro 4. de generat. Animal. cap. 3. Ubi totam hanc rem egregie diſcutit, & ſi Galenus, qui alios accuſat quod totum Ariſtotelem non viderint, vidiſſet locum, forte melius fuiſſet locutus. Pro declaratione igitur duo accipimus, quæ ſunt etiam in Ariſtotele. Unum eſt, quod ſanguis menſtruus, quem præbet fœmina, non eſt quilibet ſanguis menſtruus, ſed eſt talis ſic concoctus, & ſic ſe habens determinatè ad generandum, ex Ariſtotele, capite citato. quoties enim excrementum ſeminale bene concoctum in menſtruis eſt, motus magis agit pro ſua formà; cum igitur res ita ſe habeat, iſte ſanguis habet vim determinatam ad talem generationem, & quantum eſt de ſe, magis ad fœminam, quam ad maſculum. Similiter ſemen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

maſculi eſt excrementum ultimi alimenti, bene concoctum, quod habet vim activam ad generandum, & quantum eſt de ſe, præcipue maſculum. Ambo autem iſta ſunt corpora, & debet inter ipſa eſſe actio & paſſio, ratione qualitatum corporearum, præcipue vero caloris, & in hac pugna actionis & paſſionis, poteſt unũquodq; & vincere & vinci, quod intelligitur tamen, non excedendo proportionem ad id quod intenditur generandum. Alterum vero accipiendum eſt, quod in ſemine maris debet eſſe virtus, ut & in menſtruo, quæ complectatur totum opus quod debet fieri: Debet igitur fieri animal, quia homo eſt animal: debet fieri homo, quia eſt id quod intenditur: debet fieri maſculus aut fœmina, & inſuper debet fieri hic talis maſculus, aut hæc talis fœmina: quare in iſtis ſeminibus propoſitis, oportet in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

venire virtutes ad hæc omnia: & quidem ex iſtis quædam ſunt ſimpliciter neceſſaria, immutabilia, ut homo & animal: non enim fiet generatio in ſpecie humana, niſi fiat animal & homo: alia autem duo ſunt & ipſa naturalia, ſed variabilia, & unum magis intrinſecum, aliud magis extrinſecum. Oportet enim in natura eſſe maſculum & fœminam, ſed hoc eſt cum quadam varietate, quia modo generatur maſculus, modo fœmina, & hoc eſt ab intrinſeco magis Eſſentiali, quia non poteſt eſſe ſpecies ſine illis: tandem debet eſſe virtus quæ reſpiciat individuationem, quæ quidem individuatio, quantum ad illa quæ ſunt principia individuationis talis, habet rationem magis extrinſeci: Individuum enim conſtat ex multis accidentibus, quæ in alio talia eſſe non poſſunt, & ex hoc etiam deſcri-

bunt individuationem. Oportet igitur etiam in ſemine haberi virtutes, quantum ad iſtam virtutem, quippe generandi maſculum vel fœminam, & virtutem generandi tale individuum: modo igitur ſtantibus his virtutibus, poteſt fieri quod aliquis maſculus vincat, quantum ad virtutem individualem fœminæ, ſed quantum ad virtutem maſculi & fœminæ, vincatur à fœmina, & ſic naſcatur fœmina ſimilis patri, vel contra, ſi contrarium in virtutibus accidat; quod ſi vincat fœmina, quantum ad rationem fœmineitatis, & etiam quantum ad rationem individuitatis, naſcetur fœmina ſimilis matri; & ne omnia perſequamur, pro varia victoria ſeminum fit variatio in iſtis ſimilitudinibus, quemadmodum etiam in generatione maris & fœminæ: In familiis obſervabimus fieri per longam ſeriem aſſimilationem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

natorum patribus, propterea quod in illa familia erit in his virtutibus continua ſucceſſio per aliquod tẽpus, cũ ſemper unum ex alio generetur; tandemque poſtea (ut fit de omnibus contingẽtibus) res mutatur, & dicitur illa familia redacta ad mẽſtruoſitatem, quia non amplius in nepotibus ſervatur tenor ſuorũ. Ad hæc autem omnia facienda præcipue concurrit calor, qui pro gradus ſui varietate, in commixtione, cum aliis qualitatibus facit hanc varietatem quam diximus, & quæ eſt evidens, modo aliquis bene obſervet. Sic igitur reſpondendum de ſimilitudine, nempe, quod licet fœmina habeat ſolam materiam, nihilominus etiam in materia hæ virtutes reperiuntur, prout magis aut minus reſiſtit virtuti activæ ipſius maris, & prout habet vim in hac reſiſtentia dominandi ipſi operationi: & in his etiam habemus cur mas, ſi eſt ſolum acti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

vus, non generet ſemper marem, non enim eſt omnino ſemen maris dominus in actione: ſed videndus Ariſtoteles, apud quem hæc diffuſius habentur.

Succedit argumentum, quod ſemina debeant concurrere, ut materia, propter generationem aliquarum partium, nervorum, arteriarũ, venarum, &c. Ad quod ſolvendum, primum hoc dicendum eſt, quod in menſtruo, cum ſit materia, neceſſario eſt in potentia ad omnes iſtas partes; & petam à Galeno, an concedat ſemen eſſe excrementum ultimi alimenti; hoc vero non negabit, quoniam eſt evidens; modo petam, utrum ultimum alimentum, quod eſt ſanguis, habeat in ſe potentiam nutriendi omnes partes corporis, nec credo negaturum: at ſi debet omnes nutrire, oportet ut poſſit transmutari in omnes, quocirca illius excrementum, quod eſt ſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

men, debet habere ab illo virtutem arreptam, & eſſe tale, ut poſſit generare omnes partes, ac proinde etiam materia & ſanguis menſtruus, quem præbet fœmina, cum ſit hujuſmodi excrementum, ſic concoctum, & habens principium ſeminale, debet eſſe in potentia, ut transmutetur à virtute ſeminis in has omnes partes; quocirca non eſt neceſſarium inquirere alias materias: fruſtra enim fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora. Et quod in oppoſitum adducebat Galenus, naturam fruſtra facturã, vertitur contra ipſum, quia ſi ex ſola menſtrua materia ſeminali hoc poteſt natura facere, fruſtra aliud quærit. Videtur, opinor, Galenus putare, naturam facere ut faciunt fabri, dum materiam factam aſſumunt, & in ea adjungunt id quod volunt; dicit enim quod materia ſpermatica eſt apta ut extendatur & perforetur ad facienda

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ienda vaſa: ſed natura non ſic facit, ſimul enim diſponit ſibi materiam ex qua debet rem facere, & continuo inducit rudimenta formæ ad quam tendit, & hoc optime fiet à ſemine maris circa menſtruum fœminæ: nam ſegregando partes ſicciores ab humidioribus, ſimul conſtituit omnia quæ requiruntur; at opus quod intenditur, eſt heterogeneum, quare debet habere materiam potentiâ heterogeneam, alioqui non erit materia naturaliter ordinata ad formã quæ intenditur, quæ eſt forma heterogenea. Imo hoc libet adjungere, quod re ita ſe habente, ut Galenus dicit, nulla eſt materia ad formã fœtus proportionata: nam forma eſt una, quæ ideo reſpicit unam materiam, & eſt forma heterogenea, quæ ſimul, nec in materia ſeminali maris, nec in menſtruo, tota continetur: quare habendo tres materias, nullam habet

mate-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

materiam ſibi proportionatam.
Quod addit Galenus ſignum eſſe
materiam nervorum & venarum
eſſe diſtinctam à materia carnis
quod caro regeneretur, iſte vero
partes minime, eſt ridiculum; quia
etiam cupreſſus reciſa, nunquam
revireſcit: *ſecurim indignata Cupreſſus*, inquit Poëta: aliæ vero
arbores multæ revireſcunt; quare
hoc naſcitur ex ſiccitate & humiditate; partes ſiquidem ſiccæ non
regenerantur, humidæ vero maxime: unde in pueris videmus aliqua
fieri, quantum ad hanc regenerationem, quæ in ſenibus non fiunt,
quod enim in illis fit, propter humiditatem, non fit in ſenibus propter ſiccitatem, & de hac re habetis exempla apud ſcriptores.

Supereſt poſtremum, in quo
Galenus interrogat, quid fiat de
corpulentia ſeminis; nam quod
Ariſtoteles reſpondet cap. 3. libro 2. de generatione Animalium,
his

his verbis; *ſemen diſſolvitur, verſumque in ſpiritum evaneſcit*; ille impugnat propterea quod hoc non fieret ſine multo dolore, quia extenderetur uterus, & ita dolore afficeretur. verum ego audivi ſæpius, circa partum in mulieribus eſſe multos dolores; legi etiam dictum primæ mulieri, *In dolore paries*: non tamen dico quod fiat propter iſtam corpuleſcentiam evaneſcentem: eſto enim locus veritati: ſed quod dico illud eſt; Quæ à natura fiunt naturaliter, non ſunt dolorifica, ſic ſudores ſymptomatici ſunt cum dolore, critici ſine dolore, & ſic, quando excrementa naturaliter excernuntur, non inferunt dolorem, ſed quando præter naturam. quare ſi hoc quod dicit Ariſtoteles eſt à natura factum, non debet eſſe doloroſum. Adjungitur, quod ſpiritus ille, in quem corpulentia vertitur, non eſt tantæ molis ut debeat

grava-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

gravare & opprimere, quia ſeminis corpulentia eſt quid exiguum. Demum addite quod, ut docebamus, & teſtantur præclari Anatomici, uterus incraſſatur ita, ut non poſſit ab exiguo ſpiritu naſcente aëreo extendi, ut illa extenſio pariat dolorem.

SEPTIMVM ET ULTIMVM DICTATVM.

Adferuntur quædam minoris momenti pro Ariſtotele argumenta. Inconveniens eſſe fœminam ſemen & ſanguinem præbere. Fœminas voce pilis pueris eſſe ſimiles, & aliquando ſine voluptate concipere: ſigna eas ſemen non habere, fœminam marẽ imperfectum eſſe & quo ſenſu, ſi fœmina ſemen haberet nihil impedire quominus ſola poſſit concipere. Cum Adverſariorum reſponſionibus, & reſponſionum ſolutionibus.

Super-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

SUperſunt modo cõſiderandæ rationes quas adducunt adverſarii pro Ariſtotele, & reſolvunt. Harũ una eſt, quod ſit abſurdum exiſtimare, fieri à fœmina duplex excrementum, ſeminis ſcilicet, & ſanguinis ſuperflui: ad quam reſpondent ipſi, nullum eſſe abſurdum, propterea quod non fit illa duplex ſecretio, ſeminis ſcilicet & ſanguinis, ſimul & ſemel; ſed ſecernitur ſemen in coitu, & in conceptu ſecernitur ſanguis, poſt primam partium ſpermaticarum diſcretionem. Nos vero primo conſiderabimus fundamentum Ariſtotelis, deinde Reſponſionem, ſi prius tamen monuerimus, quod Ariſtoteles in hoc non ſtatuit fundamentum, nec difficultatis punctum conſtituit, licet de hac re aliquid dicat. Quantum autem in ſe eſt, res ipſa ſic declaranda venit. Iſta duo excrementa, ſemen & ſanguis, ſunt excrementa utilia; eſſen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

eſſentialiter ordinata ad unam formam unius viventis, unde primò, quantum adhoc, inconveniens eſt fieri in aliquo uno, duo eſſentialiter ordinata ad unum tantum: & neſcio quomodo voluit reſpondere: Oportet enim, ſi unum eſt faciendum, uniri iſta duo, quare expectabimus ut illud ipſi declarent. Deinde quomodo ad faciendum ſemen requiritur talis caliditas ſubſtantialis, quia eſt inſtrumentum ſubſtantialiter ſe habens; ſic ad faciendum etiam menſtruum ſanguinem, requiritur ſimiliter caliditas ſubſtantialis tali effectui proportionata: prima vero caliditas debet eſſe major, ſecunda minor: ſed item major & minor una alterâ, ut habeant eſſentialem diverſitatem, ad diverſa opera, ad quæ eſſentialiter ordinantur. Quare dicant modo iſti, quomodo in uno & eodem principio poſſint eſſe iſtæ

duæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

duæ Caliditates, major una, minor altera, ita ut poſſint facere iſta duo excrementa, quæ quidem Eſſentialiter intenduntur, & Eſſentialiter ordinantur pro operatione Generationis; & cum ipſis ſatisfecerint, bonum erit. Quantum vero ad illorum reſponſionem, obſervare primo, quod Natura, quando incipit generare ex aliqua materia, tota illa inceptio eſt ordinata ad totum opus, uſque in finem; quod ita declaro. Quando incipit ſemen hominis generationem ex menſtruo ſanguine; illa prima alteratio non eſt ordinata ad vegetativam, licet primo debeat fieri vegetativa; ſed eſt alteratio talis, quæ ſit ordinata ad fœtum humanum, & ſimul, ſuo ordine, totum comprehendit. Et licet in plantis ſit etiam ordinatio virtutis ſeminalis, ad partem naturalem, hæc tamen non eſt qualis in homine,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

quia prima illa alteratio comprehendit ſolum vires omnes totius vegetativæ, nec eſt ullum agens naturale quod poſſit facere, ut facta tali vegetativa, ulterior fiat progreſſus ad ſenſitivam, aut ad rationalem, ita ut in principio, virtute totum comprehēdatur. Nunc igitur cum dicunt iſti, primo ſecerni ſemen in coitu: deinde in conceptu, facta jam diſtributione partium ſpermaticarum, ſecerni ſanguinem, ad carnem faciendam: faciunt naturam fatuam, quia ſi facta diſtinctione partium ſpermaticarum, ſanguis non ſecerneretur, natura fruſtra laboraſſet: quod ſi quis dicat, tunc non fieri fœtum, nec ullum propterea ſequi inconveniens, quia aliquando naturæ impeditur operatio: Advertite quod hoc poteſt quidem eſſe in uno individuo, ſed quod in tota ſpecie locum habere poſſit iſtud impedimentum, eſt penitus ridi-

culum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

culum, quia in ſpeciebus accidentia non habent locum, & loquendo de ſpeciebus perfectis, impoſſibile eſt illas non eſſe & conſervari. Dixi, perfectis, propter illa quæ ſponte fiunt, ex putredine, (de quibus alias erit dicendum,) ſine quibus poteſt natura conſiſtere, unde etiam vocantur, ſpecies ceſſabiles, quia non habent vim propagandi ſeipſas per generationem.

2. Subjungunt aliud Ariſtotelis fundamentum, nimirum mulieres, voce, pilis, & aliis talibus eſſe, ſimiles pueris, eo tempore quo non habent ſemen, & ex hoc dicunt Ariſtotelem movere argumentum. At primo vos admoneo quod iſta dicuntur à philoſopho, pro ſignis, & qui ſunt in illo verſati, bene ſciunt quod poſt demonſtrationes, ſolet adducere ſigna certiora antiquorum, unde nihil novi ſi etiam nunc ita procedat:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

Verumtamen ego faciam argumentum quod ponitur ab iis: Eſt autem hujuſmodi. ſi fœminæ toto tempore ſe habent in iis ſignis numeratis, quemadmodum ſe habent pueri, eo ſolum tempore quo carent ſemine, oportet ipſas perpetuo carere: ſed ſic fœminæ ſe habent per totum tempus; Ergo oportet ut ſemen nunquam habeant. Ratio eſt, quia ſemen ſuperveniens pueris, facit, quantum ad hæc, mutationem in iis, quam nullã in fœminis videmus, etiamſi ſuperveniat tempus, quo ipſæ aptæ ſunt generationi. Ad hoc vero argumentum reſpondent, quod non eſt mirum in pueris eſſe talem conſtitutionem, ut careant pilis, & aliis talibus excrementis, quia eo tempore debent augeri, unde totum quod abſumeretur in hæc excrementa, conſumitur in auctionem: ſed eſto hoc verum, nihil tamen facit ad

tollen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

tollendum quod dixit Ariſtoteles: Etenim fœminæ in illo tempore pueritiæ debent augeri: at cum pueris auctis talia ſuperveniant, cur non ſic in fœminis contingunt?

3. Tertium Argumentum eſt, quod mulieres concipiunt aliquando ſine voluptate & ſine appetitu; unde volunt accipi, quod ſignificetur non habere ſemen; ſemen enim exiens facit coitum delectabilem; ſed hoc dictum non eſt pro fundamento, quia eſt ſolum tanquam ſignum, ut etiam ſuperiora. Debetis autem vos recurrere ad ea quæ jam diximus, nempe, quod voluptas eſt propter titillationem & humiditatem illam, de qua ſupra dictum eſt; neque enim illa humiditas eſt ſemen: Et quoniam dicunt, quod quando exit ab utero, non fit conceptus; quando remanet intus, fit conceptus; habete hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

in memoria, Quod quando exit ab utero, ſignificatur multa copia, & cruditas materiæ, quæ eſt indicium, quod ſanguis menſtruus, qui debet eſſe concoctus, ut ſerviat generationi, non eſt ita diſpoſitus: quando vero retinetur intus, ſignificat oppoſitum, & laudabilem eſſe uteri diſpoſitionem pro generatione. Dicunt igitur iſti pro ſolutione argumenti, quod illæ quæ concipiunt ſine voluptate, habent morboſum & male affectum uterum: ſed experientiâ conſtat, multas aliquando concipere cum voluptate, etiamſi ſit per ſe prave affectus uterus: quod ſi dicant eſſe prave affectum per accidens, deberent hoc declarare.

4. Afferunt pro quarto fundamento quod fœmina eſt mas imperfectus, & ſtatim reſpondent, quod fœmina in ſpecie æque perfecta eſt, ut mas, quia habet eandem eſſentiam ut ſit animal rationale.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

nale, mortale, quam etiam habet maſculus; quod tamen dictum eſt præter rem; nam conſideramus marem & fœminam in ordine ad generationem; in qua quidem generatione etiam Galenus fatetur imperfecte illam ſe habere; quia licet habeat ſemen, habet tamen imperfectum & inſufficiens ad generationem. Et cum Ariſtoteles inquit, fœminam eſſe marem imperfectum, non tam illud dicit in ordine ad ſpeciem & eſſentialitatem, quam habet æque neceſſariam ac ipſe homo; quam in ordine ad generationem, ad quam licet eſſentialiter etiam concurrat, nihilominus dicitur imperfecte ad illam ſe habere, & non eadem ratione qua ipſe maſculus, quia ei incumbit onus portandi fœtus, quod eſt quædam imperfectio; & præterea ſe habet etiam ut mas imperfectus, quoniam concurrit ſolum paſſive, non active.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

5. Poſtremum argumentum, quod velut majoris momenti proponunt, eſt illud; quod ſi fœmina habet ſemen in quo eſt virtus activa & paſſiva, & habeat etiam ſanguinem menſtruum, quia eſt materia fœtus, & demum obtineat locum, in quo fœtus eſt continendus, nihil impediat quominus de ſe poſſit concipere, quod tamen nunquàm videmus fuiſſe factum. Reſpondent ipſi, ſemen fœminæ eſſe quam conveniat frigidius, atque adeo indigere auxilio; & hanc reſponſionem volo corroborare hac conſideratione: Non eſſe videlicet mirum, quod ſemen habens vim activam, & etiam habens adjunctum paſſivum, non poſſit tamen agere in paſſivum, niſi extrinſecus aliquod auxilium conſequatur, quemadmodum cernitur, exempli gratia, in ovo ſubventaneo, ſed pleno & perfecto; nam in ipſo eſt utraque virtus activa & paſſiva;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

paſſiva;Eſt enim conceptus in quo habetur & efficiens, & materia: tamen illud ovum de ſe non faciet pullum, ſed requiritur gallina, quæ incubando facit ut pullus generetur. Hunc igitur in modum poteſt eſſe de ſemine fœminæ, quod non poſſit generare, niſi adjuvetur à ſemine maris ſuperveniente. Verumtamen licet hoc dictum videatur habere quandam apparentiam, affert tamen ſecum abſurditatem magnam: nam ſi ſe habet ſemen maris ad ſemen fœminæ, tanquam præbens fomentum, & coitus eodem modo quo calor gallinæ in ovis; tunc ſemen maſculi nihil ageret ad generationem: Gallina enim nihil facit eſſentialiter, ſed vis effectiva in ovo reſidens, beneficio illius fomenti, facit totum opus: unde in caſu proprio ſemen hominis nihil aliud faceret, quam quod foveret ſemen fœminæ, cui tunc inerit omnis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

virtus generandi activa: at hoc non poteſt eſſe, quia dicunt illud eſſe frigidius, quam ut poſſit per ſe generare, quocirca non ſufficit fomentum, ſed neceſſarium eſt aliquid aliud. Quare vos rem ita accipite. Eſto verum quod ſemen fœminæ ſit frigidius quam ſemen maſculi, nihilominus eſt neceſſarium ut poſſit agere ad cōceptum, & ratio eſt quia illius virtus, ſi, in comparatione virtutis maſculæ, eſt minor, in comparatione ſui paſſivi, quod eſt ſanguis & corpulentia ſeminis, eſt proportionata: alioqui non poſſet eſſe in eodem corpore, cum ſuo paſſivo; ſi igitur eſt illi proportionata, tantum abeſt ut hæc non poſſit agere ad conceptum faciendum, quinimo ſit omnino neceſſarium ut agat, ſimul enim exiſtentibus activo & paſſivo proportionatis, & nullo interveniente impedimento, neceſſarium eſt ſemper ſequi actionem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

Atque hæc dicta ſint quantum ad illa quæ in principio propoſuimus; non enim omnia circa ſemen dicenda propoſita ſunt; ſed ſolum iſta quæ de virtute activa & paſſiva Galenus objicit Ariſtoteli. Eſt modo Averrois digreſſio explicanda, quod faciemus, Deo dante, in principio ſtudii futuri; ubi etiam, ſi conſiderabitis, pleniorem explicationem illorum quæ attinent ad ſimilitudinem natorum, de qua agit Ariſtoteles, de generat. animal. cap. 3. ejuſdem capitis explicationem habebimus.

GALE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

GALENI DE SEMINE LIBRI DVO

Joanne Bernardo Feliciano Interprete.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI.

Docet ſubſtantiam, & naturam ſeminis, & quo pacto, & quibus inſtrumentis id aptum ſit ad animal formandum.

CAP. I.

Hippocratis, & Ariſtotelis diſſenſio in facultate ſeminis dijudicanda.

QVīſnam eſt uſus, & quæ vis ſeminis? nunquid duorum principiorum, materialis & effectivi, ut Hippocrates exiſtimabat, rationem ſubit? an alterius tantum effectivi, ut Ariſtotelis opinio eſt, qui licet principium motionis mē-ſtruo ab ipſo inferri arbitraretur, non tamen formari animal ex ipſo con-

concedebat? Eſſe profecto conſideratione dignum videtur, ut tantorum virorum diſſenſio examinetur, neque id probabilibus rationibus, quibus plerique, tam medici quam philoſophi, delectantur, ſed ex evidentibus, perque evidentia demonſtretur. Sed, quoniam ex uniuſcujuſque rei quæſitæ experientia etiam Ariſtoteli videntur ſumendæ eſſe ad demonſtrandum ſumptiones, primum hoc accurate inſpiciamus, utrum fœminis prægnantibus futuris intus remaneat ſemen, an ſimul excernatur.

CAP. II.

Triplex ratio, qua convincitur ſemen contineri in fœminis, ſi concepturæ ſint.

QUæ conſideratio tribus modis fieri poteſt: primo atque evidentiſſimo, quo ego ſæpe uſus ſum, cum equas, canes, aſinas, boves,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

boves, capras, & oves, aliquand
poſt coitum, an ſemen contineant
an prorſus excernant, obſervavi-
mus. Ac mihi quidem à principio
à peritis hujuſce rei confirmaba-
tur, cum dicerent ſe diligentiſſime
obſervaſſe, ac deprehendiſſe eo tē-
pore in fœminis animantibus, cum
eſſent concepturæ, ſemen con-
tineri. At ego, etiam ſiquis in hoc
me reprehendat, fatebor tamen,
quid mihi in tota vita facere con-
tigerit. Nemini unquam, qui hu-
juſcemodi mihi narraret, fidem
adhibebam prius, quam etiam ipſe
ea, videlicet, quæ poterāt in meam
experientiam cadere, fuiſſem ex-
pertus. Quocirca neque de hac re
illis, qui ſe inſpexiſſe ſæpenume-
ro aſſeverabant, ea, quæ dicerent,
credere tantum volui, quamvis
maxime conſentientes eos vide-
rem: ſed ſolita incredulitate uſus
duplex periculum feci, in emit-
tentibus ſemen animalibus unum,
alte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

alterum in iis, quæ continerent. Et, ſicut nullum ex iis, quæ excernunt, concipere, ita omnia, quæ continent, gravida effici deprehendi. Secundam poſtea jam viam aggreſſus, mulieres adire decrevi, atque eas interrogare, quæ maxime id, quod in ſe ipſis contingeret, percipere poſſe viderentur, ut cognoſcerem, idemne in ipſis, quod in brutis animalibus, eveniret, me ipſum ſubinde increpans (cur enim verum dicere non debeo?) quod differentiam aliquam conceptionis in brutis ratione que præditis animalibus eſſe exiſtimarem. Cognoſcendi tamen cupidus, an res ipſa, quæ fieret, ab his etiam deprehenderetur, ſupra, quam ſperabam, inveni, atque adeo, ut me curioſitatis illius minime pænituerit. Dixerũt enim mihi mulieres, ubi ſemen conceperint, quandam ſe in vulva motionem ſentire, quæ quaſi con-

vellat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

vellat, ac paulatim in ſe illam contrahat: immo etiam mihi hoc ipſum, quod dicunt, concipere ſemen, & nomen hoc conceptio idest comprehenſio, hinc à mulieribus fuiſſe impoſitum videtur. Tertiam inde hujuſce conſiderationis viam obeundam mihi eſſe cēſui, ut integros libros omnium qui hæc ſcripſiſſent, medicorum perlegerem: quos inveni etiam ipſos hoc idem affirmare, hoc eſt ſi conceptura eſt mulier, opus eſſe genituram viri intus remanere. Adde, quod nonnulli ex ipſis diligentiores, vulvarum etiam motum adſcripſere, quo ad ſemē contrahuntur, ipſumque undequaque comprehendunt. Hoc tamen cum rurſus in diſſectionibus mihi experiundum duxiſſem, multa comprehendi prægnantia animalia, ac ſeriatim diſſecui: in quibus omnibus vulvæ fœtibus prorſus cohærenter cernebantur, ſive majores,

ſive minores, ſive penitus parvi extitiſſent. Ita enim ſane videntur, quemadmodum Plato dixit, vulvæ, & qui uteri appellantur, quoddam quaſi procreationis appetens animal eſſe, atque iccirco ad ſeſe attrahere ſemen, illudque complecti, ac continere. Id quod viris etiam ipſis non raro contingit evidenter percipere, cum cucurbitulæ medicæ inſtar attrahere intro membrum ſuum illas ſentiunt: quod præcipue fit, cum modo ceſſarunt menſes, quo maxime tempore genituram uteri concipiunt.

CAP. III.

Adverſus quoſdam Peripateticos, qui ſemen excerni ſemper ex utero, & nullam fœtus partem fieri Ariſtotelis ſententia putarunt.

ATque hæc à me dicta ſunt philoſophorum quorundam noſtræ hujus tempeſtatis cauſa, qui ſe Ariſtotelicos Peripateticoſque ap-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

pellant: quos ego ſane non ita appellarim, cum adeo ſententiam Ariſtotelis ignorent, ut putent mari ſemen in vulvas muliebres injectū mēſtruo principium motionis præſtare tantum, ac deinde excerni, nullamq; partem corporeæ conceptorum fœtuum ſubſtantiæ efficere, hocque Ariſtoteli placere opinentur, decepti ex primo de generatione animalium, quem mihi ex quinq; libris ſolum videntur legiſſe, in quo hæc ſcripta habentur. Nam, quemadmodū diximus, generationis principia quiſpiam maxime ſtatueret marē, & fœminam: marem quaſi motionis & generationis, fœminam quaſi materię obtinētem principium. Atq; hæc non multo poſt initiū libri ſcripta ſunt: inferius vero hæc etiam ſubjungit: Sed accidit, quemadmodū conſentaneum eſt, quoniam mas formā, & principium motionis, fœmina corpus, & materiā exhibet, ſicut in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

lactis coagulatione corpus eſt lac, ſuccus vero vel coagulũ eſt, quod principium cõcretionis prębet. His dictis innixi, alii ſemen, ubi menſtruo principium motionis indiderit, rurſus excerni arbitrantur: alii non hoc dicere Ariſtotelem ajunt, quod nos omnes, qui recto naturaliq; modo intelligimus, exiſtimabamus, ſed fęminam materiam ſolam fætui; marem & materiam & formam exhibere: ut etiam valde nos ſint deriſuri, ſi vel rurſus, foras ejici ſemen à fœmina, vel, ſi intus maneat, in nihilum reſolvi arbitremur: hoc enim ſequi aſſerũt, ſi corpoream ſubſtantiam non miſceri, ac confundi cum fœturæ materia exiſtimemus. Communem igitur utriſq; proferemus ex ſecundo de animaliũ generatione libro ſumptam orationẽ, ad hunc modum: His conſentaneum eſt, ut dubitemus, & quæramus, ſi projectæ in fœminam genituræ nihil, quod in-

 greſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

greſſum fuerit, cõcepti fœtus pars efficitur, quo abeat corpulenta ipſius ſubſtantia, ſi modo facultate, quæ in ipſa eſt, operatur. Deinde in fine hujus orationis, cũ de anima, & mẽte definierit, hęc ſcribit: Corpus vero geniture, in quo una ſemen animalis principii abſcedit, partim eſt ſeparabile à corpore, quibuſcunq; divinum quid comprehenditur, cujuſmodi eſt, quæ appellatur mens ſive intellectus: partim inſeparabile, quod eſt geniturę ſemen, quod quidem, cum humidæ ſit naturę, & aquoſę, diſſolvitur, ac in ſpiritum difflatur. Propterea quærendum non eſt ſemper, neq; ut foras exeat, neque ut conſtitutæ formæ pars ſit: quemadmodũ neq; coagulum, quod lac cogit: mutatur enim ipſum, neque pars aliqua concretæ illius molis eſt. Hæc verba utroſq; Ariſtotelis ſententiam non cognoſcere arguunt, neque eos, qui foras ſemen excerni prorſus putant, neq;

eos,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

eos, qui partem concepti fœtus effici ipſum opinantur. qui quidem ſecundi etiam illis verbis ex primo ſupra citatis privatim convincuntur, quorũ initium tale eſt: Sed accidit, quemadmodum conſentaneum eſt, quoniam mas formã, & principium motionis, fœmina corpus, & materiã exhibet. In ſequentibus ſiquidem omnibus oſtendit, quemadmodum ex ligno, & fabro fit lectica, & ex cera, & forma globus componitur, eodem modo ex menſtruo, & agitatorio principio, quod à mare proficiſcitur, fœtum conſtitui. Vnde neque excernere nonnulla animalia genituram ullam inquit, ſed caliditatem animalem tantum fœminam recipere: ejuſmodiq; eſſe inſectorum quædam, in quibus in corpus maris fœmina articulum inſerit, atque ita diutius cum ipſo coit, nullumque corpus in copula illa, ſed vim tantum, & facultatem recipit infor-
 mantem,

mantem, ſpeciemque formæ ipſi
exhibentem.

CAP. IV.

Adverſus Ariſtotelem, qui in utero ſemen diſſolvi & in flatum verti exiſtimavit.

OMiſſis igitur iis, qui quantum ad nomen tantum ſpectat, Ariſtotelici ſunt, re vero ipſa adeo ab ea profeſſione abſunt, ut ne eà quidem ſciant, quæ vel in primo, vel ſecundo de generatione libro ſcripſerit, rurſus ad Ariſtotelem ipſum veniamus, qui diſſolvi, ac in ſpiritum abire ſemẽ in vulvis affirmat. Nam, ſi in ſpiritum ita diſſolvi ipſum exiſtimemus, ſicut muſti humorem videmus in ſpiritum converti, ex minima humidæ ſubſtantiæ quantitate maxima aëris copia conſtituetur: id, quod in ventis, etiam conſpicitur, quicunq; de fluminibus, aut paludibus, aut mari ſpirant, quales ſunt, qui ſinuales, & qui pelagii nuncupantur: maximi enim interdũ flant, utpote

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

cum plurima eorum ſubſtantia ex minima humoris mole evaſerit: verum etiam terranei, id eſt, qui è terra flant, hoc idem præ ſe ferunt, qui in copioſiorem aërem reſoluta terræ uligine, ſpirare cõſueverunt. Quomodo igitur, ſi in prima conceptione genitura in ſpiritum diſflatur, minores ſub id tempus minuſq; turgidi uteri cernuntur, ex omni prorſus parte cõtracti fætuiq; adhærẽtes? oportebat quippe, ſicut ventrem videmus, cum flatibus infeſtatur, quamplurimum intumeſcere, ac diſtendi, ita vulvas etiam ipſas in magnitudinem attolli, diſtentaſq; dolore afflictari: at nihil hujuſcemodi in his apparet, immo contractæ ſunt, doloreq; nullo attentantur. Quinetiam, ſi volueris ſtatim, ubi conceperit, animal aliquod diſſecare, undequaque plane fœtui circumjectos locos inſpicies. Adde, quod nihil extat, quo per muliebrem cunnũ exprimi flatum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

aliquē appareat, quemadmodum in inflato ventre: ructus enim, & crepitus per inferiores partes expirātes flatu exinanire ventrē ipſiuſq; tumorem remittere manifeſtum eſt. Nullam igitur ne minimā quidem probabilitatem habemus, cur in ſpiritū evadere genituram debeamus exiſtimare, non crepitus aliquos per vulvę cervicem expreſſos, non evidentem tumorem, non diſtentionem, non doloris alicujus ſenſum in conceptionis principio oborientem. Sed cōcedamus, ſi vis, etiam hoc ipſum fieri poſſe, ut in ſpiritum convertatur geniturę humor, ſenſimque, ac latenter exeat: atq; ab ipſa rei natura progredientes, ratione magis agamus. utrum in ipſa uteri cōcavitate menſtruum continetur, idq; collectum, occurrens ſemen impellit, motionisque principio indito per vulvæ collum excernitur: an eo tempore, quo fęmina cū mare coit, per vaſa eo pertingen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

tingentia ſemini obvium fit, dum vim illam ab ipſo ſuſcipere concupiſcit? ſed utrumque eſt abſurdum. Nam, ſi in ventriculis vulvę jamdiu collectum menſtruum cõtinetur, non amplius ſanguis is erit, ſed cõcretus ſanguis, quem θρόμβον Gręci dicunt: cum enim in animali è receptaculis in quamcunq; membri cavitatem exciderit ſanguis, continuo cõcreſcit. Quare non ex ſanguine, ſed ex concreto ſanguine hac ratione animal fabricabimus, nullum probabilem modũ valentes excogitare, quo ſolum ſemen excernatur; cũ enim ſemel in uteri locis in unũ coierint, & mẽſtruum, & ſemen, fieri qui poteſt, ut hoc remaneat, illud excernatur? Si vero ſemini occurrere ſanguinem dicamus, neceſſe proculdubio erit occurſum illum, & coitum utrorumque in orificiis receptaculorũ contingere: quod ſi eſt, utrum cõcedemus, diſpertitum ne in tot particu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

las, quot ſunt vaſorũ orificia, an ſibi ipſi continuum permanens ſemen cum menſtruo couniri? Prius illud, præterquam quod lentori ſeminis adverſatur, quadam alia cauſa indiget præſidente, quæ, & ipſum diſpertiat, & ad ſingula orificia ſigillatim traducat: alterũ ſeminis naturæ longe eſt convenientius, & præter vulvæ attractionẽ geniturę-que ejaculationem nulla alia tertia ſubſtantia indiget. Ventriculus ſiquidem, cum cibos appetit, fundo recurrit, ac retrahitur ad gulã, atq; ea quaſi manu quadam utitur: pari modo uterus, cum qualitatem ſeminis affectat, totus obviam ſeſe offert, atq; accurrit ad cunnũ: ſuoq; collo, ac gula tanquam manu utitur, qua ſemen intro compellat. Quocirca, cum aliquando ægrotat gula hæc, perinde atq; altera, quæ eſt ventriculi, ad attrahendum ſemen impotens evadit: atq; hoc eſt, quod ab Hippocrate dicitur: Non

poteſt

poteſt ipſius gula genituram attrahere. Sed de his alias. Si vero ſemen ad orificia vaſorum, cum ſanguine commixtum fuerit, & rurſus in aërem reſolutum evanuerit, quærendũ eſt, quod nam ſit prægnationis principium. Primũ enim cauſa erit invenienda, qua in vulvam excidat ſanguis, qui in ſingulis venarũ orificiis cum ſemine cõmiſcetur: deinde alia, quæ in unum omne illud corpus cõgreget: tertia poſtremo, quæ totum hunc ſanguinẽ extrinſecus mẽbrana operiat. hoc enim non tam ex ratione, quam ex ipſa rei evidentia, neceſſitatem habet: membrana ſiquidem apparet, quæ fœtum ipſum ſtatim, ubi primum conceptus eſt, ſive multorum, ſive paucorum ſit dierum, undequaque circundat, ac cõtinet: ſæpenumero enim mulieribus poſt tres, aut quatuor à principio dies ſemen ipſum membrana circumvolutũ excidere conſuevit. Quod idem poteris in anima-

animalium diſſectionibus manifeſte deprehendere: vulvã ſiquidem totam ad ſemen contractam ipſiq; ſemini mẽbranam circumjectã evidentiſſime videbis. Verũ melius eſt, ut Hippocratem ipſum de hac eadẽ re in libello de natura infantis differentem audiamus: nam & ſpeculationis ſubtilitate, & verborum ſuavitate cõdita diſſertatione nos docebit: ut paululum diſputationis remiſſa intentione, utili cũ oblectatione quieſcamus, quo poſtmodum valẽtiores effecti nos ipſos obfirmemus, atq; ad id quod reſtat peragẽdum fortius inſurgamus. Jam igitur Hippocratẽ audiamus. Quomodo vero genituram ſexto poſt die viderim, narrabo. Mulieris ancilla pſaltria quædã erat inſignis, quæ ad viros ventitabat, quam quidem non oportebat in ventre concipere, ne vilior redderetur. Audiverat autẽ hæc pſaltria id, quod dicere inter ſe mulieres

con-

conſueverunt, ubi videlicet mulier conceptura eſt, non amplius exire viri ſemen, ſed intus cõtineri. Hoc igitur cum audiviſſet, animadvertit, ſemperque obſervavit: & forte, ubi ſenſit ſemen non exiiſſe, heræ manifeſtavit: quod cum ad aures noſtras perveniſſet, juſſimus ipſi in terram deſilire: at illa ſepties fere id fecit, & genitura nõ ſine ſtrepitu quodam excuſſa, in terram deflu- xit: quam cum mulier vidiſſet, inſpexit, atque admirata eſt. Qualis autem fuerit, ipſe dicam: perinde erat, ac ſiquis crudi ovi exterius putamẽ detraheret, ut per interiorem membranulam interior humiditas pelluceret. Hæc Hippocrates inquit, manere intus ſemẽ membranaq; circundari teſtatus. Sed in diſſectionibus etiam membrana hæc apparet vulvæ illis tantum in partibus annexa, ubi venarum orificia pertingunt, alibi appoſita quidem eſt utero, ſed non conjuncta. Con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

tinuum enim ſibi ipſi permanẽs ſemen, quo tẽpore à vulva attrahitur, cũ ab omnibus ejus partibus ſimili modo appetatur, extenditur, ac dilatatur: deinde, quia lentũ, ac craſſum eſt, calidiſq; corporibus adhęret, facile aſſequitur, ut mẽbranam contrahat non ſecus, atq; iſta, quæ extra corpus à dulciariis piſtoribus conficiuntur. Supra inſtrumentum quoddam latum, ac calidum, liquidam aliquantulum pultem inducunt, atq; efficiunt, quæ liba, placentæ, cruſtula, & bellaria appellãtur. Talem quandam intra corpus natura ex ſemine membranã, qualem extra dulciarius piſtor ex pulte cruſtulam, obducit, quippe cum ſemen latius diſtendi cogatur, ab omnibus vulvæ partibus appetitũ: quanquam, dum intẽditur, periculum imminet, ne divellatur, quod ſæpe fit, cum & ipſum humidius imbecilliuſq; eſt, & fortiter à multis ſimul partibus diſtrahitur: quod

ſi con-

ſi cõtigerit, defluit atq; excidit, diſſolutaq; cõtinuitate corrumpitur. Si contra extenſionem illam toleraverit, ut non diſcerpatur (lentum quippe eſſe oportet, multum, ac craſſum,) ſtatim tota exterior ejus pars, quæ vulvam attingit, in mẽbranam concreſcit, quæ ab ipſa tamen vulva, ſicut cruſtulũ ab æneo inſtrumẽto, ſeparata eſt: fieri enim nõ poteſt, ut læve corpus lævi ullo modo copuletur. Cujus rei inde maximum argumentum haberi poteſt, quod, qua in parte aſpera eſt vulvæ tunica, hoc eſt in venarum orificiis, ea in parte tantum connexa eſſe conſpicitur.

CAP. V.

Multis cõvinci rationibus, venas, arterias, & nervos ex ſeminis ſubſtantia exoriri.

SEd vellem jam, evidentiis his omiſſis, ab Ariſtotele ipſo requirere, an prima maximeq; communia in animalibus inſtrumenta, à quibus omnia membra gubernantur,

tur, venam, arteriam, & nervũ eſſe etiam ipſe concedat: nam, ſi cõceſſerit, generationem his à ſemine eſſe, facile me ipſi probaturũ puto. Exanguia enim ſunt hæc vaſorũ corpora (ut, ſi ſanguine evacuentur, patere unicuiq; poteſt) & ſatis magnam diſtentionẽ admittunt: nam nervus; cum nullam ſenſui evidentem cavitatem in ſe habeat, nulla, ſicut arteria, & vena, indiget exinanitione: hæc igitur ô egregie vir videtur ne tibi è ſanguine, an è ſemine, formaſſe natura? Quod è ſanguine ipſo perinde, ac carnes, nõ efficiantur, perſpicuum eſt: non enim eſt albus, neq; lentus, neq; adeo craſſus ſanguinis ſuccus, ut, ſi, & intẽdatur, & fiſtulæ in modum perforetur, poſſit in ſua continuitate perſeverare. Quod, ſi mutari ipſum à natura dicas, nunquid è rubro mutatur in album, è tenui in craſſum, è liquido in lentum? at hoc modo inſitorũ motuum, quos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

tu ſemper adſcribēdos teſtaris, oblita eſſet natura: fruſtraq; in hoc laboraret, cum ſanguinem talem efficere conaretur, quale à principio ſemen ipſum habebat. nihil tamen fruſtra operari naturam ex tua diſciplina habemus. Neq; nunc igitur eſt oblita, præcipue in hoc ex omnibus ſuis operibus maximo: nullum ſiquidem opus neq; opifici cuilibet, ipſo apto, ac convenienti principio majus eſt exiſtimandum: quod quidem principium tu non modo dimidium totius (ut cōmune eſt verbum,) verum etiam præceptorem tuum Platonem ſecutus, facultate eſſe totum ipſum fateris: At vero eo magis in naturæ operibus principium, totum poteſtate eſſe debet, quo majora, quam omnes artes, ipſa efficit. Sed opus non eſt in præſentia prolixiore uti oratione, atq; extrinſecus teſtimonia adducere, præſertim cum diſputemus cum Ariſtotele: qui tantū mul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

tis illis ſuis poſitis principiis tribuit, ut ſemen minime ea vi privet, quin opificis rationem ad conceptũ obtineat: ex ipſo tamen non aſſerit fœtum gigni, ſed ex menſtruo, ubi principium motionis à ſemine acceperit. Sed, ſi unum ictum, & contactum ſeminis, in ſanguine talem, ac tantam motionum ſucceſſionem efficere poſſe opinaris, ut ex illis animal cõſtituatur, principium eſſe univerſum re ipſa atteſtaris. Tantum tamen crimen ô chariſſime Ariſtoteles ita laudatæ à te naturæ præterire non debemus, ut ſtatim in principio temere aliquid agat. Nam cum venam, arteriam, nervum facere ipſi maxime neceſſarium ſit, habeatq; ad hoc album, & craſſum, & lentum humorem, hunc ejicit, ut tua fert opinio, alterumq; ſimilem ex ſanguine gignit. Atqui, ſi vim illam gignẽdi, ac formandi talis humoris ex ſe ipſo habet ſanguis, ſemine non eſt opus: ſi

ex

ex ſemine hanc facultatẽ accipit, cur primum ſecundi miniſterio utatur, quod à ſe facultatem accipere neceſſe habeat? Oportet enim, vel facultate, vel corporea ſubſtantia ſeminis reprobata, alio pro ipſo uſam fuiſſe naturam. At neutrum poteſt, cum ipſum vim, ac facultatem te etiam auctore ſanguini præbeat, & ſubſtantiam habere videatur, ad præcipuorum inſtrumentorum formationem maxime accõmodatam: nam, ſi natura trium inſtrumentorũ exanguem vult eſſe ſubſtantiam, talem materiam habet genitura: ſi craſſam, hanc quoque in ſemine magis, quam in ſanguine, ineſſe conſtat: ſi talem, quæ extendi, & perforari, vel longo intervallo, ſine ruptionis periculo valeat, quid ad hæc lenta, ac tenaci ſubſtãtia excogitare aptius poteſt? Omnia igitur, quæ ad trium vaſorum generationẽ neceſſaria ſunt, in ſeminis ſubſtantia collecta invenniun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

niuntur. Ne igitur ipſum verbis deprimamus, quandoquidem neq; à natura id factum eſſe re ipſa conſpicimus: neque etiam te id latuit, plenum ſemen ſpiritu vitali eſſe: tu enim es, qui rectè ipſum ſpumę cōparaſti, dixiſtiq; ab ampullis multis, quæ parvitate ſenſum effugerent, ſigillatim in unum concurrentibus effici: tu etiam fabulam illam non repudiaſti, quæ è ſpuma Venerem ortam eſſe ait. Quid igitur tale principium animalis è vulvis ejicis? quodnam melius inſtrumētum, vel ad ventres, vel ad meatus, vel ad membranas, vel ad vaſa fabricanda naturę exhibebis? Nam concedes ſcilicet etiam tu in fingēdo animali partem aliam materiæ perforari, aliam inflari, dilatari aliam, aliam extendi neceſſe eſſe: niſi fortaſſe etiam hic vaporē ſanguinis eſſe inſtrumentum dicas, ut nunc quoq; natura idoneo inſtrumento ejecto, in altero ſimili fabricando

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

bricando laboret. Quî igitur fieri poteſt, ut, ſi excerni quidem in aërem reſolutum ſemẽ, retineri vero menſtruum dicamus, operibus naturæ noſtra non maxime adverſetur oratio? Quod enim ſingulis menſibus, tanquam alienum quid, excernit, nunc tanquam proprium ipſi exhibemus. Quod, ſi, prius alienum cum eſſet, ſeminis recepta qualitate proprium, & accõmodatũ efficitur, ex ſemine aptitudinẽ illam acquirit, quam proculdubio ipsũ etiã prius habebat: nihil enim exhibere aliis quicquam poteſt, cujus ipſum particeps prius nõ fuerit. Atq; hic rurſus invenitur natura eo, quod proprium per ſe atq; accõmodatum fuerat, expulſo, quod ab alio aptitudinem accepit, eligere. Quanquam Ariſtoteles qualitatem ex ſemine ipſi menſtruo non tradit, ſed motionis principium ſolum ſemper exhibet. perinde ac miraculis contingit, quæ ſua con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ſtitutione ſervata, ex ſola hujuſcemodi principii conſecutione in motu diutiſſime perſeverât. Atqui non ex motu, ſed ex qualitate, vel congruitate, vel incõgruitate, aliud eligere, & continere, aliud averſari, ac propterea ejicere naturam videmus: neq; enim in ventre quicquam manere conſpicimus, quod ei accõmodatum non ſit. Sed quid de ventre dicendum eſt, qui ita evidenter, vel vomitu ejicit, vel per inteſtina, quod moleſtiam infert, excernit, cum vulvam etiam hoc idẽ facere videamus? Etenim etiam ipſam ſibi accommodata, quemadmodum alia membra, attrahere, & continere, & rejicere aliena in commentario de naturalibus potentiis demonſtratum eſt. Cũ igitur expellat menſtruum, ut alienum quid, non poterit, ut accommodatum, idem retinere: non enim ipſe eſt uteris accommodatus humor ſed ſemen: cujus ſuſce-

ptrices à natura vulvæ fabricatæ ſunt.

CAP. VI.

Semen inſitas habere facultates, attractricem præſertim, quæ ſemper operetur.

QUantacunque igitur ſeminis pars vulvam attingit, ea ſtatim membrana efficitur; quemadmodum paulo ante oſtenſum eſt: reliquum omne facultates ac vires inſitas habet, alteram attrahentẽ ſibi accommodata, qua cõtineret, immutaretq; materias, cibumq; ſibi præpararet; alteram aliena, & ſupervacanea excernentem. Materias item habet proprias, quas attrahat à vulva, ſanguinem, & ſpiritum, per orificia videlicet, quibus connexum eſt: nam per membranam nondum duram effectam cito id fieri deſiſtit: ſimul enim, & ea, quæ à vulva amandantur, per vaſa attrahuntur, & membrana magis ſubinde, ac magis indureſcit, & demum ad perfectã duritiem venit,

continuaturq; tota, circũ circa fœtũ cõprehendens: ſolæq; illæ partes perforatæ relinquuntur, per quas materiarum tranſmiſſio fit. Nam, cum nullo unquam tempore quieſcat attractio, mẽbranæ foramen ſemper manſit, neq; conſolideſcere unquam potuit: natura quippe cõparatum eſt, ut nihil cum alio coire, ac jungi queat, ſi aſſidua motio quæpiam intercеſſerit. At vero nõ modo mẽbranæ hoc foramen non coaleſcit, verum etiam pro ratione multitudinis, quæ intro fluit, prorſus laxatur: quãvis enim ſemper alimentũ tranſeat, non æquali ſemper multitudine influit propterea quod neq; ipſum id, quod alitur, eandem ſemper magnitudinem ſervat, ſed aſſidue augeſcit: ut neceſſe ſit pro augmenti portione materiarum multitudinẽ, ſanguinem, ſcilicet ex venis, ſpiritum una cum ſubtili admodum, & pauco, & calido ſãguine ex arteriis influere,

atque

atq; ita diutina perforatione canaliculatam, ac perfectam viam in vaſorum inſtrumentum evadere.

CAP. VII.

De Membranarum ortu, quibus mulierum, & virorum ſemina uniuntur.

SEd non opus eſt, ut, dum in uno naturę opere motionum ſucceſſionem ſtudemus exponere, propoſiti noſtri obliviſcamur, atque à principio procul abeamus. Quocirca ad ipſum rurſus revertendum eſt. Ubi igitur in vulvæ fundum incidit ſemen, cum non poſſit ipſam totam aſpergere, utpote quæ proceſſus quaſi cornua quædã utrinq; habeat, hos etiam altero ſemine, hoc eſt fœmineo, ſublevit natura: id, quod etiam alibi à me demonſtratum eſt, & nunc etiam dicetur paulo poſt, ne perpetua diſputationis noſtræ ſeries interrumpatur. In hæc enim cornua unũ ex utraq; parte ſeminarium vas committitur, ex fœminę teſtibus procedens.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

Cum igitur ſub idem tempus una cum mare fœmina ſemen emittit, per utraq; hæc cornua ejaculatum ſemen fertur in mediam vulvæ cavitatem, ſimulq; & humectat vias, & ad ſemen uſq; viri pervenit, cum eoq; miſcetur: atque ita fit, ut utraque hæc ſemina inter ſe membranulis copulentur, quas ſcilicet fœmineum propria ſua progreſſione tunc effecit ſemen, ut totam genituram complexum hunc uſum fætui exhiberet, viriliq; eſſet alimentum: tenuius enim ipſo cum ſit, & frigidius, accommodatius eſt ad alimentum præſtandũ, quam quippiam aliud. Quem vero uſum ex membranæ hujus generatione exhibeat, explicare diligẽtius neceſſe eſt. Membranã enim, quæ univerſam genituram ambit, cõplectens, primũ quidem annectit cornibus, deinde toti reliquo ventri ipſius vulvæ conjungit: Omnes ſiquidem vulvæ partes ſemen complecti mi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

rifice appetunt, nondum tamen id poſſunt, cum longius abſint, quam attingere ipſum queant: verũ, dum poſt aliquot dies, & ſemen augetur, & vulva ſubinde magis, ac magis conſtringitur, fit, ut modo hęc, modo illa pars voto potiatur ſuo, hoc eſt ſemen cõprehendat. Nam, cum mollis adhuc, quæ continet, ſemen, membrana ſit, & vaſorum orificia aperta, his vulva membranam arripit non ſecus, ac polypi, quicquid attigerint, acetabulis: corpora enim vaſorum, ſunt polyporum acetabulis perquam ſimilia, ut nomine etiam non alio appellentur. Qua de re abſolutius à nobis in quinto de Hippocratis diſſectione libro ſcriptũ eſt: ubi illorum inſcitiam arguimus, qui Hippocratem reprehendebant, putabantque virum carnes eas, quæ ſcilicet in quibuſdam animalibus, orificiis vaſorum circumjectæ conſpiciuntur, acetabula nuncupare:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

cum non illæ ita appellentur, ſed venarum capita, per quæ ſingulis quibuſq; menſibus excrementitius ſanguis in vulvã derivatur. Quodcunq; igitur ex his orificiis attigegerit ſemen, ſtatim alimentum per illud ad ſeſe attrahit, membrana ea in parte, utpote quæ recens, ac tenera adhuc ſit, patefacto foramine aditum prębente: quod quidem foramen poſtea temporis proceſſu (quemadmodum paulo ante dixi) vas etiam ipſum efficitur, uteri venis coalitum, ac ſimile. Atq; hoc in prægnantiũ animalium diſſectionibus tibi licet cõtemplari, ubi una cum arteriis, & venis exteriorem fœtus membranam videbis. Hanc autem membranam chorion appellant, per quam arteriæ, & venæ penetrantes, materias è vulva ad fœtum tranſmittunt: alteri vero membranæ, quæ ad cornua pertinet, ex figura nomen impoſitũ eſt: ſimilis enim cum ſit ἀλλάντι, hoc eſt
inte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

inteſtino farto, allantoides ab eo deductam appellationẽ ſortita eſt, quaſi inteſtinalem dicas. Ejusvero uſus, qui fœtibus exhibetur, primis quidem diebus talis eſt, ſicut modo dixi: poſtea vero, dum paulum augentur, ut humidorum excrementorum partem alteram recipiat. Sed de his paulo poſt diligentius explicabimus.

CAP. VIII.

De primo ortu cerebri, cordis, & hepatis.

NUnc rurſus ad id quod à principio diſtuleramus, redeundũ eſt. Fætus enim ad ſeſe per meatus, qui in vulvam pertinent, ſanguinẽ, & ſpiritum, in proprium tamen utrumque receptaculum, trahit: una vero cum ſpiritu per arterias (ſicut ſupra dictum eſt) ſubtilior quidam, ac calidior, quam is, qui in venis eſt, ſanguis attrahitur: ex quo videlicet calidiſſimum omnium viſcus fabricatur: reliquus autem ſanguis craſſus jecinoris formam conſtituit:

tuit: quo etiam multæ illæ, quæ per chorion feruntur, venæ penetrant: at arteriæ ad alterũ calidius viſcus permeant, quod ob eximiam caliditatem, quaſi flamma quædam aſſidue moveri non deſinit, ſed mutua reciprocatione ſemper diſtenditur, & cõtrahitur. Venæ quidem, & arteriæ, quæ in hæc viſcera materias traducunt, quaſi radices quędam ſunt: quæ vero in totum corpus ipſius fætus educunt, truncis ſunt ſimiles, qui in multos ſurculos diffinduntur: quibus etiam ortus idẽ eſt ex fiſtulata ſeminis ſubſtantia. Tertium vero principium, ex quo nervi omnes procedunt, ex ſolo ſemine ortum habet. Cum enim in cõmixtione fœminei ſeminis multæ ampullæ ejus rumpantur, ſpiritus interius atq; in profundũ, ut ſe ipſum conſervet, ſubit. non enim eſt, ſicut vapor, ſed animalis per ſe mobile principiũ: perinde atq; illa etiam, quæ hunc cõtinet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

net humiditas, ventriculũ ſemini, plenũ ſpiritu efficit:&,ne exinaniri facile queat, humidæ ſubſtantiæ, quæ ipſum complectitur, craſſior, ac durior pars in exteriorem ſuperficiem rejecta ſolidum illi domicilium exhibet:quæ poſtea temporis mora calefacta,atq; arefacta,in oſſis naturam eſt evaſura. Atque hoc eſt,quod in principio animalis formatrix vis efficit:quod tamen nondum ob exiguitatem inter initia facile apparet:ſed,ubi primum poteſt apparere, tria hæc tum maxima conſpiciuntur,tum vicina adeo ſede collocata, ut ſe mutuo tangant. quod quidem nervorũ principium futurũ eſt, quod cerebrum appellamus,in ſublimiori ſede cõſtitutum: cor autem, & hepar, illi ſubjecta,& mutuo ſeſe contingentia. Temporis vero proceſſu tria hæc principia,,ſicut multum inter ſe diſtant,ita in totum,quod ſubinde formatur,animalis corpus germina

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

mina diffundunt, dorſi quidem medullam cerebrũ tanquam truncum producẽs: cor vero maximam arteriam, quam aortam appellavit Ariſtoteles: & cavam venam, jecur. Quanquam à principio etiam videmus ſtatim, ubi hæc generantur, circum dorſi medullam ſpinam concreſcere eodẽ modo, quo paulo ante circa cerebrum formari calvariam diximus: nec non circa cor thoracem quaſi domicilium quoddam, & ſpatioſum, & concluſum, licet hoc ſub partus tempora non tam domicilium, quam primum, ac præcipuum reſpirationis inſtrumentum, futurum ſit: ſed aliquanto poſterius hæc fiunt.

CAP. IX.

Quatuor tempora, quibus animal in utero abſolvitur, & quo nomine ab Hippocrate ſingula appellentur.

AT vero ad primam animalis cõſtitutionem rurſus orationem evocemus: quę ut, & ordinate

ſimul,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ſimul, & perſpicue procedat, univerſam fœtuum fabricam quatuor temporibus dividamus. Primũ erit illud, quo vel in abortu, vel in diſſectione, ſeminis ſpecies adhuc apparet: quo tẽpore admirabilis in omnib⁹ Hippocrates animalis cõſtitutionẽ, nondũ fœtũ appellat, ſed genituram: ut paulo ante audivimus de ea, quæ ſexto poſt die exciderat, genitura. Ubi vero ſanguine fuerit repletũ, corq; & cerebrum, & jecur indiſtinctam quidẽ adhuc, & informem, quandam tamẽ coagulationem, & magnitudinem alicujus momenti præ ſe tulerint, ſecundum eſſe id tempus cẽſendum eſt, cum videlicet ſubſtantia fœtus carnea jam, & non amplius ſeminalis, apparet: unde neque genituram amplius talem formam appellari ab Hippocrate invenies, ſed, ut dictum eſt, fœtũ. Tertium ſequitur tempus, cum tria quidem principia videre exquiſite poſſumus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

reliquorum autem omnium mẽbrorum deſcriptio quædã, ac quaſi delineatio apparet:evidẽtior enim trium principiorum formatio, partium ventris obſcurior, longe vero his omnibus obſcurior brachiorũ, & crurum diſtinctio conſpicitur, hæc enim poſterius ſicut Hippocrates vocat (ramificantur) hoc vocabulo, quã ad ramos habent proportionem, volens ſignificare. Iam vero quartum illud, & extremum tempus eſt, cum brachia, & crura diſtincte abſoluta cernuntur: neq; amplius fœtum, ſed infãtem id, quod in utero geſtatur, divinus appellat Hippocrates, cum eum, & palpitare, & moveri, ut animal jam perfectũ, inquiat. Sed de hoc, quatenus animal eſt, loqui inpræſentia mihi opus non eſt: cũ omnem, & generationem, & formationem à ſemine, ut planta, non ut animal, habeat, duplex principium motionis, & formationis, ſicut plantæ, ſtatim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ſtatim à principio præ ſe ferens. Quod enim plantis in inferiori parte ſub terra radicatio eſt, id eſt in fætu arteriarum, & venarũ chorii, vulvę inhærentia: qualis deſuper truncus in plantis, tales in fætibus trium principiorum progerminationes. Quemadmodũ item plantę duplicem exortum à ſeminibus emittunt: & ſurſum quidem truncum, & ramos ad minutiſſimas uſque pullulationes producũt, deorſum vero radicationem in multas partes diffindunt: ita quoq; in fœtibus multiplici ſciſſione diſpertitę arteriæ, & venę in totum corpus, ut truncus: in vulvam; ut radices, deſinunt. Quocirca merito accuſare Ariſtotelem poſſem, non modo, quod neglexerit ea, quæ non debuit: verum etiam, quod ſuorũ decretorum oblitus, naturę opera diverſo modo in plantis, atque in animalibus exponat. Cum videret enim ſemen in omnibus plantis

materiale non minus, quam fabricatorium principium in ſe continere, aufert horum alterum in animalibus. Atqui viro naturæ perito id ſolum ſatis fuerat, ut uſum oſtenderet genituræ. Nam, ſi ſeminis natura non aliis facultatibus plantam, aliis animal creat, quæ in plantis contemplaris, ea ad animalia transfer: utraq; enim in utriſq; proportionẽ ſervant. Semen plantæ terra indiget, ut ex ea alatur, & augeatur: noſtrum pari modo ſemen vulva opus habet iiſdem de cauſis. Radices, quibus alimentum é terra attrahat, ſibi gignit planta: chorion vaſa, quæ ſunt radices fætuum, procreat. Trũcum præterea ex ſe ipſo producit ſemen, atque è trunco ramos, eoſq; in ſurculos diffindit, mox in virgas, eaſq; rurſus in alias, atque id tantiſper, quoad in ſumma uſq; flagella, ac cacumina devenerit. Hic etiam, id eſt in animali, truncos tres, in unoquoque
prin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

principio unum, potes inſpicere, aortam, cavã venam, & dorſi medullã: hi ex ſe propagationes multas, quaſi ramos, emittunt, qui rurſus in alios minores ſcinduntur, ac rurſus in minores: nec prius deſinit hoc fieri, quam in ultimis pullulationibus opus abſumatur. Neq; tamen eo, quod triplicem plantam, vel ſanguineam, vel carneam hic vides, aliud quid eſſe, quam plantã, hoc eſt vegetabile corpus, debes exiſtimare: cum utraq; eundem opificem, eandemque vegetabilem animam habeant. Illud enim conſiderandum eſt, plantam hanc non amiſſa, quam habebat prius, facultate, ſed alia inſuper acquiſita in animal eſſe evaſuram: &, ubi perfecta abſolutaque à vulva fuerit, è loco in locum tranſituram. quod facere minime poſſet, ſi vel ita frigida, ut arbores, effecta eſſet, vel ingreſſoriis inſtrumentis caruiſſet. Ut igitur ſimul, & æquabili calidi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

tate prędita ſit, quatenus ad animal conſtituendum faciat, & loca poſſit permutare, duo principia adepta eſt, alterum inſtrumentorum, quæ calorem naturalem conſervent: alterum eorum, quæ omnibus ex appetitione functionibus obtemperent: quanquam his poſtea uſura eſt.

CAP. X.

De modo, quo ſingulæ fœtus partes oriuntur.

VEgetabile autem principium primum omnium habet, quod non ex ſanguine, ſed è ſemine ipſo, arteriam, venam, nervum, os item, & membranam fabricatur. Hæc enim ſuperius noſtra expoſuit oratio, cum diceremus chorion primum ſemini ipſi circumponi, atq; una cum ipſo inteſtinalem aliam membranam oriri, quæ & chorii generationem adjuvaret, & poſtea formati jam animalis urinam eſſet exceptura. Neceſſe enim erat, etiã

conce-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

concepto animali tot, ac talia fieri excrementa, quot, & qualia fiunt utero jam ſolutis: ſed ex iis quidẽ, & urinam, & ſtercus, quando formatæ ſunt, ac diſtinctæ jam particulæ: ſtatim vero à principio vaporem à fætu exahalantem, qui ſudori perfecti animalis proportione reſpondet. Cum igitur huic quoq; excremento membrana aliqua, quemadmodum urinę inteſtinalis, eſſet fabricanda, ea extitit, quæ amnios appellatur, totum undequaq; fœtum circumplectens: nam inteſtinali, quamvis ea prius, quam amnios extiterit, ad tale miniſterium uti noluit natura, partim quia tenuis, atq; imbecilla erat, utpote quæ è ſeroſiore ſemine eſſet effecta, & oportebat valida quadã craſſitudine conſtare membranam illam, quæ fœtum eſſet contentura, ut non ſolũ ſudoris receptaculum efficeretur, verum etiam mẽbrorum futuris motionibus poſſet re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ſiſtere: partim quia erat anguſtior, quam ut totum fœtum valeret involvere. Sed diceres, cur latiorem eam natura non fecit? Propterea quod ſcilicet fœmineum ſemen multo minoris eſt quantitatis, quã maris: id quod ſuperius etiam à me dictum fuit. Non poterat igitur, & in latitudinem, & in longitudinem extendi inteſtinalis, ſed longa neceſſario, cum utriſq; vulvæ cornibus appenſa ſit, extitit: atque ita, & merito, & neceſſario anguſta evaſit. Unde, cum talis eſſet, atq; inſuper tenuis, conſentaneum fuit, ut membranam, quę vaporoſas exhalationes exciperet, latam, ac craſſam in prima ſtatim conceptione genituræ, quæ ob calorem erat exhalatura, extrinſecus ipſi natura circumponeret: nullaq; alia præter has eſt mẽbrana, quæ in primis ſtatim diebus neceſſario generetur: neq; enim ad omnes procreandas ſeminis ſubſtantia à principio ſatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

fuiſſet. Sed tempore procedente ſemen jam fœtus efficitur, continuoq; alimento augeſcens maximam tunc molem adeptum eſt: cum cor à jecore jam diſpertiri, ipſumq; per ſe proprio munimine involvi opus eſt: cum item ventri obducenda eſt abdominis mẽbrana, & thoraci ſuccinctorium ſubſternendum: ſub id tempus quoq;, & cerebrum geminis membranulis, & medullam dorſi tertia alia operiri neceſſe eſt: nec nõ toti fœtui tota exterior corporis circumſcriptio membranea eſt evaſura, ut & ab excrementis, quæ contentura erat amnios, proprio atque innato tegumento fœtum defenderet, & poſtea carnea aggenerata ſubſtantia cutis efficeretur. Atque ad hæc quidem omnia fabricanda lenta, ac tenaci ſeminis parte uſa eſt natura: reliquam craſſiorem, ac terreſtrem, minuſq; ad diſtrahendum idoneam in oſſium ſedẽ depoſuit:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

utpote quæ univerſum ſimul fætus corpuſculũ nunquam ulla in parte cioſa jam formabat. Jam vero, cum tertium fœturæ tempus advenit, omnes ſeminis ſubſtãtiæ partes delineatas diſtinguere diligenter, ac membra hæc abſolvere nacta occaſione natura conſuevit. aggeneravit igitur, ac circũjecit omnibus carnes, ſimulq; ipſã, pinguiſſima quaq; parte ſuctu extracta, terreſtria atq; arida nec non pinguedine omni prorſus carentia reddidit: atq; ex eo, quod extraxit lẽtum, ac tenax ſingulis, & in capitibus colligamina, quibus inter ſe connectuntur: & in longitudine circũ undiq; tenues membranas produxit, quæ circumoſſia, hoc eſt involucra oſſium, nuncupantur: quibus ſcilicet carnes aggeneravit. Uſus eſt autem maxime ad oſſium procreationem caloris facultate, qua torreret ea, ac prorſus arefaceret: id quod melius ſane ipſis fuit, tum
quia

quia dura eſſe debebant, tum propterea, quod omnis, quæcunque inerat pinguis pars effundi atq; exprimi ita maxime poterat, quaſi ſpuma quædam effervеſcentium: qua vero in parte carnes prius, quã involucris mẽbraneis operiret, ſuperinduxit, ea in parte minus aridũ os totũ effectum eſt: ſed tamẽ ipſa natura ab involucris membraneis tenuĩa quædã tegumenta carnibus protraxit: quin etiam nervum in ſubtiliores telis araneis fibras prius diviſum in unamquamq; hujuſcemodi membranam diſperſit: ſimili modo quoq; ex ligaminibus fibras tenuiſſimas immiſit: quæ utraque fibrarum genera carne ſuperinducta in unum conjunxit: exque toto hoc inſtrumento, in quo hæc machinata eſt, muſculum: ex eo vero, quod ex fibrarum coitione conſtitit, tendonẽ effecit. Ac ligaminum quidem non parvam partem, ut dictum eſt, in muſculos indidit: ner-

vos

vos vero tam in muſculos, quam in omnia viſcera ſimili diſtributione diſpenſavit. Jam vero fibrarũ aliud quoq; genus eſt tum in ventre, tum in inteſtinis, tũ in utriſq; veſicis, in vulvis etiam, & corde, quæ è ſemine ortũ habẽt: quibus quidẽ venulis totũ viſceris corpus, quod etiam ipſum è ſanguine generatum eſt, quibuſdam quaſi crinibus circumdatur. Omnia enim, quæ carneam ſpeciem præ ſe ferunt, è ſanguine conſtiterunt: quæ mẽbranea ſunt, à ſemine fuerunt producta.

CAP. XI.

Cur partes, quæ à ſanguine ortum habent, ſi corrumpantur, facile, at quæ à ſpermate, nunquã, vel raro rurſus gignantur: tum ex quibus fiat nutritio.

AT iccirco, quæ à ſanguine ortum habent, ſi corrumpantur, utpote quibus materia generationis copioſa ſuppetit, facile: quæ è ſemine, vel nunquam, vel raro admodum, rurſus gigni ſolent: quanquam

quam efficiens ipſius ſeminis cauſa perfectis animalibus ineſt, nã neq; deſeruit animal, neque ſuarum facultatum, quas inſitas habet, oblita eſt natura: quippe, quas cum non aliunde acquiſiverit, ſed ex ſemine habuerit, amittere nullo modo poteſt. Quid igitur in cauſſa eſt, cur, ſiquis, vel adipem, vel carnem à corpore noſtro exciderit, loco illius altera, vel adeps, vel caro rurſus generetur: arteria autem, vena, nervus, membrana, colligamen, tendo, cartilago, atque os, ubi ſemel perierint, iterum renaſci amplius nequeant? atque id, quod majorem admirationẽ parit, cur, cum horum aliquid nudatum fuerit, velimuſq; id tegere, & ad cicatricem perducere, caro quidẽ circa unumquodque ex his increſcat, ſimile autem ipſi illi, quod nudatum fuerit, nullo penitus modo, ne ſi ipſa quidem pœonia medicamenta adhibeas, aggeneretur? Cur igitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

tur hoc accidit? an quia carnis materia nunc etiam ſubeſt, illorum non amplius? ſed quid, nonne, vel arteriæ tunica, vel nervi corpus gubernantem facultatẽ habent, quæ talẽ ſubſtantiam procreet, qualem utrumq; horum adepta ſunt? nempe, ſi quicquam aliud, hoc etiam peculiare habet natura, ut ſibi ſimilia procreet: nam qua alia ratione fieret, ut corpus aleretur, niſi quædam hujuſcemodi facultas ipſi perpetuo adeſſet? perpetuo ſiquidem è ſubſtantia uniuſcujuſq; aliquid effluit, ac digeritur, unde alimento opus eſt: atque id, quod per alimentum additur, ſimile eſſe omnino debet ei, quod digeſtũ eſt. Et tibi hic quoque tua verba ô bone Ariſtoteles in memoriam revocabo: alterum enim ex duobus neceſſe eſt, vel ſimilis ad ſimile acceſſione, ſi uniuſcujuſque corporis, quod alitur, partes in cibo continentur: vel, ſi id non eſt, immutato

cibo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

cibo atque alterato, nutritionem fieri:ſed priorem illam opinionem de ſimilaribus tu ipſe, ut falſam, confutaſti: alteram, quæ alterationem introducit, ut veram, cõmendas. Neq; tamen ex omnibus in omnia mutationes fieri dicendũ eſt: ſed in id, quod naturæ illius, quod mutatur, vicinius eſt, facilior eſt mutatio: atq; iccirco facillimum eſt ſanguini, ut caro efficiatur, membranæ vero, nervo, venæ, arteriæ, ac tunicæ difficillimum. Quæ igitur nutriuntur, primum quidẽ ſingula proprium è ſanguine ſuccum trahunt, ut Hippocratis ſententia eſt: explicatumq; à nobis etiam eſt alibi diffuſius, cum hoc, tum illud, quod alia ſint, quæ craſſiore ſanguine, alia, quę tenuiore indigeant. alia, quæ calidiorem, alia, quæ frigidiorẽ, alia, quæ pituitoſum, alia, quæ melancholicum deſiderent: itaq; nonnulla, quæ exquiſitiorem, ac puriorem, rurſuſq; his alia etiam multo

multo puriorem requirant, quod etiam quibuſdam ſeroſior perfe-ctiuſq; concoctus conveniat, quibuſdam nihil obſtet, quin alantur, etiam ſi hujuſmodi non fuerit id, quod alit. Deinde vero poſt proprii humoris in ſingula membra attra-ctionem, id quod eſt attractum, in multas particulas diſſolutum exhalationis inſtar, attrahentibus mẽbris adjungitur, ac quadam tẽporis mora immutatur (quod etiam à nobis demonſtratum eſt) diutinaque ea mora parti illi, quæ attraxit alimentum, ſibique id aſſimilavit, concorporatur. Ne igitur opineris ſingula ex principalibus mẽbris animalis è ſemine à principio conſtitiſſe, aliunde vero ſuum ultimum, atq; accommodatiſſimum habere alimentum.

CAP. XII.

De ortu Seminis ex ſanguine.

QUod quidem alimentum, qua ratione generetur, quamvis facil-

facillime poſſem brevibus explicare, volo tamen demõſtrationem addere, præſertim cum huic tractatui maxime conveniens eſſe videatur. Quemadmodũ igitur, cum de uſu, ac vi ſeminis ageremus, ab iis, quæ evidenter apparent, profecti, dicebamus in utero manere ſemen, cum cõceptura erant animalia, atq; inde ratiocinationem conficiebamus, ita hic quoque mihi faciendum puto, ut ab evidentibus in diſſectione incipiam. Arteria, & vena ad utrumq; teſtem deſcendere conſpiciuntur, non recto itinere, ut reliquæ omnes, ſed inſtar capreoli, aut hederæ variis modis involutæ: unde, ut puto, à diſſectionis profeſſorib⁹ partim hederacea, partim capreolaris, natura ipſarum fuit appellata. In his vero capreolis, & anfractibus, quos faciunt ante, quam ad teſtes perveniant, albeſcere paulatim ſanguinem videre licet: tum demũ, ubi jam ipſos

teſtes attigerint, ſeminis ſubſtantia in ipſis manifeſte apparet. An vero alterationem aliquam ex teſtium etiam natura accipiat ſemen, neq; aliter confici omnino queat, omittamus inpræſentia inveſtigare: ſequamurque, ſi placet, Ariſtotelis ſententiam, nihilque ad ſeminis generationem facere teſtes concedamus, ut non magna ex parte, ſed ex toto, arteria, & vena ſeroſi humoris ſubſtantiã gignant. Quod ſi ita eſt, in ipſis proculdubio ſeminis generatrix natura inerit: at ex ſanguine in ipſis diutius immorante ipſum procrearunt, hunc enim uſum anfractus præſtant, atque ita alteratum ſanguinem in ſemen immutarunt: omne vero id, quod alterat, in ſuam naturã illud, quod alteratur, tranſmutat. id quod etiam hic cernitur: album ſiquidem, & craſſum, & lentum ſemen eſt ad alendũ arteriæ, & venæ corpus accõmodatũ. Videtur autem

etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

etiam ipſe Ariſtoteles in his à nobis non diſſentire, cum inquit: Cõtra igitur, quam antiqui cẽſebant, dicendum eſt: illi enim, quod ab omnibus ſecedere, nos, quod ad omnia accedere natura cõparatum eſt, ſemen appellabimus. Eandem ſententiam ſequitur, cum ait: Utilis ergo excrementi quædã pars eſt ſemen, utiliſſima vero, quæ ultima eſt, & ex qua jam unumquodque mẽbrum perficitur. Unde ſane demirari etiam hominem convenit, qui, cum in primo de generatione animalium in prædicta oratione, in qua de ſeminis ſubſtantia veteribus contradicit, demonſtrare conetur ex eo unumquodque membrum effici, inferius poſtea ab eo, non ex eo, gigni ait: ex quo enim fiat unumquodque, ſanguinem menſtruum eſſe affirmat.

CAP. XIII.

*An arteriæ, & venæ ſemen producant: &
cur illarum partibus amputatis, venæ
quidem raro, arteriis autem nunquam
aliæ rurſum partes oriantur.*

SEd fortaſſe diceret quiſpiam o-
rationem noſtram abſurdiorem
evaſiſſe: nam, ſi arteriæ, & venæ ad
gignendum ſemen idoneæ ſunt,
qui fit, ut, ſi ab ipſis aliquæ partes
abſcindantur, aliæ in illarũ locum
non regenerentur? Cujus rei du-
plex reſpõſio eſſe poteſt una, quod
nonnulli venas in magnis ulceri-
bus jam viderunt renaſci, quemad-
modum etiam nos ipſi cum in aliis
partibus, tum in capite, atq; eas ſa-
tis magnas, & multas: altera, quam
aliquis fortaſſe ex iis, qui verborũ
ſtudioſiores ſunt, non reſponſionẽ,
ſed fuſiorem rei explicationẽ po-
tius nominandam cenſebit: cau-
ſam enim referam, cur nequaquã
multis, ſed pauciſſimis prorſus, ve-
næ in ulceribus gigni viſæ fuerint,
arte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

arteriam vero, & nervum nemo, ne raro quidẽ, in aliquo gigni unquam viderit. Atq; hæc paulo poſt, ne quippiam diſſertationi huic deſit, dicemus. Nunc prius adverſus Ariſtotelem abſolvenda nobis diſputatio eſt, qui ad ſeminis generationem inutiles eſſe teſtes aſſerit: ex eo enim, quod ita ſentit, venæ, & arteriæ, quæ ad teſtes feruntur, generandi ejus munus demandat: neque tamen his tantum ſeminis gignendi natura ineſt, aliis non ineſt: ſed, ſi alia in parte animalis arteria, & vena ita eſſent involutæ, ibi quoq; hujuſcemodi humor cõſpiceretur. Si igitur gignunt ſemen, ab eodem etiam nutriuntur: ſed generatio nihil ſimile habet ei, quod digeritur, nutritio vero partes eorum, quæ aluntur, ſimiles iis, quæ digeſta ſunt, gignit: neque ex alia materia totum vas genitũ eſt, ex alia nunc partes ejus gignuntur. unde perſpicuum eſt, ſi ex humore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ſeroſo aluntur hæc conceptacula, ex eodem à principio etiam genita fuiſſe. Atq; hæc adverſus Ariſtotelē ſatis. Nunc ad id, quod diſtulimus, redeundum eſt: ac primum dicendum raro viſum eſſe venam renaſci, deinde nihil omnino ex aliis: vas enim, quod accreſcendo recens venæ veteri adjungitur, hac enim parte ſcilicet continuum eſt, non in qualibet corporis natura materiam copioſam ad generationem habet. Si igitur neq; caro orificium venæ abſciſſæ circumcreſcendo occupaverit, neq; abundantis materiæ humor defuerit, gigni iterum vena poterit: ſimul enim oportet, & vimquę eſt in venis abſciſſis, validiſſimam reperiri, quippe quæ partis adnaſcentis fabricatrix eſt: & materiam ſeminalē tantam etiam ſuppetere, ut ab increſcente carne obſtrui os non permittat: quæ utraq; ſimul convenire rariſſime conſueverunt. Quod ſi in

vena,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

vena, quæ ſimplicem habet & tenuem tunicam, generatio raro cõtingit, nihil ſane mirũ eſſe debet, ſi in arteria, quæ ſextuplo craſſior, quam vena, eſt, ea non raro, ſed nunquam fiat: quippe cum tanta materiæ præparatio, quanta indiget, fieri nullo pacto poſſit. Simili modo abundantis materiæ inopia efficitur, ut reliqua omnia, quæ à ſemine gignuntur, renaſci amplius nequeant: nuſquam enim tantam ſeminis copiam ſimul collectã invenire eſt, quanta ad uniuſcujuſq; quod interiit, regenerationẽ ſufficiat: ſed, quod mora temporis paulatim erat colligendum, carne jam increſcente ſupprimitur. At in ipſa prima ex ſemine generatione, tum univerſus humor adhuc collectus eſt, ex quo vaſorum formatio exiſtit: tũ duplex fabricatrix vis adeſt, & ſeminis, & conceptaculorum uteri, quibus ſemen projectum adhæſerat: in ulcerationibus vero,

præterquã quod abundantis materiæ inopia eſt, hęc etiã effectrix vis deeſt: dum autem in utero gignitur animal, & materia multa affluit, & altera quoque accidit creatrix vis, quæ non ſolum materiam extrinſecus tangit, ſed per totam ipſam tranſit, ac permeat. Nihil igitur mirandum eſt, ſi in fœtibus in utero prima naturæ inſtrumenta celeriter formẽtur, quippe cum & materiæ copia, & bonitas, & procreantium ipſa facultatum efficacia maxime adſit.

CAP. XIV.

Adverſus eos, qui ſolos teſtes ſemen producere exiſtimarunt.

QUoniam vero etiam de his ſatis demonſtratum eſt, reliqua, quæ diſtulimus, conſiderabimus. Nam adverſus Ariſtotelem, qui teſtibus generationem ſeminis auferebat, facillima fuit diſputatio: ſi enim ipſi id non gignunt, reſtat ſine dubio, ut ab arteria, & vena generetur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

neretur. Sed non debemus, Ariſto-
telis ignorantiam pulchrum quod-
dam inventum putantes, tantum
decretum indemonſtratum relin-
quere, ne ex iis, qui contradicendi
ſtudio incumbunt, aliquis nos jure
poſſit reprehẽdere, quod, cum ve-
ritatem amare profeſſi ſimus, ra-
piamus tamen magis rationes, quã
demonſtremus. Neq; enim profe-
ƈto, ſi Ariſtoteles vim teſtiũ igno-
ravit, id efficere debet, ut nos ca-
preolaribus conceptaculis totius
ſeminis generandi munus cõmit-
tamus: immo etiam ego affirma-
rem me pudere, ſi id facerẽ: ſumpſi
tamen id nunc ita abſolute Ariſto-
telis cauſa, ne longior mihi cum
ipſo evaderet diſſertatio. Deſcen-
do rurſus ad eos, qui totum à teſti-
bus ſemen gigni exiſtimant: & pri-
mum interrogo, cur, ſi ſemen te-
ſtium tantum opus eſt, ſuperius in
vaſis, quæ ad ipſos feruntur, videa-
tur contineri: nam, quẽadmodum

in ventre, & inteſtinis ſanguinem invenire nõ poſſumus, propterea, quod nihil prorſus ea ad ſanguinis generationem faciunt, ita nequaquam in vaſis his, ſi nihil ad id facerent, ſemen reperiretur. Deinde vero capreoli ipſius uſum requirã: facilius quippe fieri poterat, & melius, ut recta ad teſtes ſine hujuſmodi revolutione vaſa hæc tenderent, ſi eorum tunicas mortuas, & alterandam materiam, quæ in ipſis diutina mora permanſerit, impotentes ſtatuunt. vel, ſi hoc concedunt, & volunt, ut ex natura ſua alteratio hæc efficiatur, res erit longe abſurdior, perinde, ac ſiquis, frigidum eſſe ignem cum dixerit, calefacere eum affirmet: nihil ſiquidem aliud eſt mutatio ſecundum qualitatem, & alteratio, quam rei affectæ aſſimilatio ad efficientem. At vero, ſi etiam hoc conceſſerint, craſſum, & lentum, & album id, quod alteratur, conſtituent: quod nihil

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

nihil aliud eſt, quam ipſis ſeminis generandi officium deferre. Atque hoc quidem hactenus.

CAP. XV.

Adverſus Ariſtotelem, & reliquos, qui de uſu Teſtium perperam opinati ſunt.

NUnc alteram partem diſſertationis noſtræ proſequamur: quoniam & medici etiam nonnulli ſunt, quibus teſtes nihil ad ſeminis generationem videntur conferre. Probabiles autem pleriq; demonſtrationes excogitarunt, quibus interrogantibus, & reſpondere, & cauſas reddere valeant, cum ita urgentur: nequaquam, ſi nihil ad ſeminis generationem faciunt teſtes, illis magis, quam aliis, vel calefactis, vel frigefactis infœcundum animal redderetur. Quarum quidem reſponſionum nonnullas Ariſtoteles primum dixit: qualis ea eſt, cum ait, talem uſum exhibere ſeminariis conceptaculis teſtes, qualem, quæ planæ appellantur, in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

diſtentis telis: cũ enim ipſæ deorſum trahant, replicationẽ augent: quam ille utilem eſſe inquit ad id, ut ſtabilior ſeminarii excrementi meatus reddatur: quibus demptis, ut inquit, vaſa retrahuntur. At enim vehementer frigefacti, licet deorſum adhuc trahere valeant, ſteriles efficiunt. cur nam? quia (inquit) ſeminariorum conceptaculorum refrigeratio, non teſtium ipſorum, ſterilitatis in cauſa eſt. Sed cur, ſi eliſi fuerint, id evenit? Propterea quod (ita enim reſpondet) genitalia etiam vaſa ſimul colliduntur. Cur, ſi induruerint? Quia etiam illa ſimul indureſcunt. Et demũ, quocunq; teſtium vitio dixeris ſterilitatem induci, eodẽ ille vaſa ſeminalia mutua cõtagione affici affirmat. Satius igitur fortaſſe fuerit, ut originem prius, & fabricam genitalium inſtrumentorum exacte altius repetamus, ſine quorũ cognitione intelligi ea non poſſunt, quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

dicenda ſunt. Arteria igitur & vena à conceptaculis dorſi profectæ per ilia deorſum feruntur, uſq; dum ad teſtium involucrũ, & appendicem pertingant, quam epididymidem appellant, quaſi ſupergeminalẽ dicas: eſt autem ſupergeminalis pars quædam animalis, gemini, hoc eſt teſtis capiti ſuperimpoſita, id quod nomen ipſum præ ſe fert: ex qua multæ fiſtulæ ſeroſo quodã humore plenę ad teſtem permeant Huic ſupergeminali arteria, & vena ſuo illo anfractu, & capreolo, quẽ paulo ante dixi, innectuntur, ſuiq; partem quandã exiguam prius, quam teſtibus cõmittantur, diſtribuunt. Jam vero meatus etiam genitalis, quem varicoſum aſſiſtentẽ nõnulli vocant, inde genituram hauſtã ad colis radicem defert. Atque hac de cauſa Herophilum eſſe opinatum puto non admodũ multum ad ſeminis generationẽ teſtes conferre: donec enim arteria, & vena intra

ilia

ilia eſt, unà cũ aliis viſceribus cõmuni omnium tegitur operimẽto, hoc eſt abdominis mẽbrana: inde ubi jam exit, utrinq; ſatis evidenti foramine mẽbrana aperitur: ex qua quidẽ mẽbrana meatus maximus oritur ad teſtes pertingens: in quo & vaſorũ revolutio efficitur, & genitale receptaculum é ſupergeminali exoriens ad ilia aſcendit: quod attingit quidem in exortu teſticulum, non tamen ex eo originẽ habet. Rurſus vero à principio incipiens, diligentiuſque orationi meæ attẽdens, in utroq; meatu arteriam una cum vena, quaſi tibiam quandam, deorſum ferri invenies: genitalem vero meatum ſurſum ferri, atq; inde rurſus, non tamen extra oſſa pubis, ſed per ipſa penetrantẽ, ſuper ipſa declivẽ tendere, quouſq; ſeſe applicet ad cervicem veſicæ, cui coles ipſe adjũctus eſt. Manifeſte igitur jã patet, ſiquis hæc in diſſectione animadvertit, ſeminariũ

vas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

vas propterea, quod lõgiſſimũ eſt; tam lõgo circuitu ferri: nã, ſi breve eſſet, ſtatim à ſupergeminali recta ad veſicæ collum perveniret. Quin etiam, ſi intra membranam abdominis teſtes poſiti fuiſſent, dimidia pars ſeminarii meatus, arteriꝗ quoque & venæ, revolutio interiiſſet. Ut igitur & anfractus iſte exiſteret, & meatus genitalis productior efficeretur, natura tũ membranam abdominis perforavit, tũ teſtes inferius conſtituit: ex hoc enim fit, ut & ſanguis, dum diuturniorẽ in vaſis moram trahit, concoquatur, & coaguletur, & meatus genitalis lõgiſſimus evadat, quo una functione ſemen copioſius poſſit ejaculari. Atq; hac potiſſimum cauſa effectum eſt, ut juxta cervicem veſicæ varicoſior hic meatus cõſpiciatur: unde ei nomen inditum eſt varicoſus aſſiſtens. Siquis igitur hęc cõſideravit, hominũ eorum opinionem demirabitur, qui propterea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

teſtes à natura datos tantummodo dicunt, ut ſeminis inſtrumenta deorſum trahant: utrum enim horum volunt? ea ne, quæ melius fuit ut revolverentur, an varicoſum aſſiſtentem, dirigi? Sed moror fortaſſe in hoc, cum non ſit neceſſe: quippe cum maximo teſtimonio orationi noſtræ eſſe poſſint omnia ea animalia, quæ intra membranam abdominis teſtes habẽt, ut aves: neq; enim dicere quiſpiam poterit in his quoq; appenſos eſſe teſtes ſeminariis vaſis, perinde, ac planæ, cum altiori loco ſiti eſſe cernãtur, quam vaſa ipſa ſint. Ar forſan nos perturbet illud, quod paulo ante dictum eſt, genitali, inquam, meatui ſatis magnam longitudinem eſſe oportere: videtur enim teſtium ſitus intra abdominis membranam, dimidiam illius partem auferre, quæ ſcilicet ad teſtem una cum varicoſis vaſis deorſum fertur. ſed, ſi animadverteris teſtes hujuſmodi ani-

malia ita habere, ut præcordia attingant, meatuſq; ſeminales latiſſimos, facilis erit hujus dubitationis ſolutio: cum ſatis idoneum intervallum à præcordiis porrigatur, & ſedes præterea calida ſit, ut, quantũ ex longa vaſorum revolutione, & ſeminalium meatuum productione in nobis ſemen adjumentum in copia acquirit, tantum in illis, tum meatuum latitudo, tũ teſtium ſitus efficiat: ſeminales enim meatus, quanto breviores ſunt, tanto latiores evaſerunt: teſtes vero, cum ſuperiore ſede collocati ſint, & ex diſtantia ſatis convenientem ſeminariis vaſis longitudinem exhibuerunt, & ex calidiſſimorũ viſcerum propinquitate id conſecuti ſunt, ut celerem ſemini generationẽ præſtant. Atq; hæc quidẽ ex abundanti probatione à nobis dicta ſunt. Illorum autẽ oratio, vel ſola teſtium poſitura ſatis fuit refutata: nihilominus etiam illis, quę ſuperius diximus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

mus, maxime tamen his, quæ mox dicemus, redarguetur. Volo enim jam (id, quod negligenter, prætereunt omnes fere tã medici, quam naturales philoſophi) de uſu, & vi teſtium diſſerere. Non advertunt enim, ſi cui teſtes ea moderatione fuerint execti, ut ſupergeminalis membrana intacta relinquatur, ſeminarium vas nulla læſione affici: inde tamen animal nõ tantum ſeminis generãdi facultate (id enim iis, qui Venere volunt abſtinere, commodum remedium eſſet) ſed virilitate omni, & ut diceret quiſpiam, maſculitate, hoc eſt maſculo ingenio, privari: Pari modo, ſi fœmina ſit, quæ id patiatur, neque in venerem incitari amplius, neq; virum, coëundi præſertim cauſa, appetere, ſed omnem prorſus fœmineam naturam amittere. Sues quidem fœminas apud nos nõ in Aſia tantum, ſed in ſuperioribus etiam nationibus in Cappadociam uſque exſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

exſecare cõſueverunt: quæ ſimiles omnes caſtratis evadunt, obeſę admodum, ac pingues, carniſq; ſuavitate aliis fœminis, quemadmodũ etiam caſtrati mares aliis maribus, præſtant. Non tamen ita tuto in fœminis teſtium extractio adminiſtrari poteſt ob ſedem, in qua collocati ſunt: vulvarum enim lateribus ex utraq; parte adjacent ad arteriam, & venam, quemadmodum & marium, ſeminale vas excipientes, quod revolutum ipſis innectitur, atq; ad utrumq; cornu pertendit: unde utraq; illa ſcindere neceſſe eſt, ſiquis fœminas caſtrare voluerit: majuſq; in hoc, quam in maribus, periculum eſt. Hanc igitur tantam, quam in teſtibus ineſt, vim neſcio quo modo, omnes pręterierunt: ac deinde, an conferant, necne, ad ſemen procreandum, quærunt. Qua in re aliĩ maxime aberrarunt, ita, ut hanc vim teſtibus prorſus eripuerint: alii gigni quidẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ab ipſis ſemen dixerunt, quid vero accidat animali, cur & frigidius, & imbecillius caſtratũ efficiatur, inveſtigare omiſerunt. At, ſi exemptis teſtibus nihil aliud, quam ſeminis emittendi vis amittitur, propterea quod una cum ipſis divellitur etiam (ut iſti dicunt) ſeminarium vas, una tantum ex eorũ exciſione læſio contingeret, quod ſcilicet filii procreari nõ poſſent. Quare qui nullam ſuſcipiendorũ filiorum curam habent, ſed vel coronariis certaminibus, vel tali alicui negocio ſtudent, in quo caſtum eſſe optimum eſt, ex teſtium exectione hoc conſequerentur. Oporteret igitur, ut ſe ad Olympia exercentibus teſtes excideremus: nam non modo filios ſuſcipere illi non curant, verũ etiam quamlibet aliam corporis partẽ victoriæ cauſa prõpte concederent: ſed non tutũ eſt id facere, cum robur etiam totius corporis una cũ teſtibus, vel ſi non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

cum teſtibus, cũ meatibus ſaltem ſeminariis, ut aliqui fortaſſe ex iſtis dicerent, excidatur. Hoc tamẽ quo modo fieret, conſiderandum erat. Quanquam neuter horũ meatuum exciditur, ſed avellitur tantum à teſtibus: ut veriſimile ſit non ob id membrum, quod remanet, ac ſervatur, ſed ob id, quod penitus ab animali aufertur, omnem maſculi habitũ, & vires interire. Videturne tibi, quemadmodũ telis planæ, ita ſeminariis vaſis teſtes appenſi fuiſſe? an non potius, quantum ad uſum attinet, ad ipſum cor prope accedere? frigeſcunt enim, qui eos amiſerint, altera inſiti caloris origine privati: omneq; ipſis corporis robur collabitur perinde, ac ſi ſenes fuerint: neq; latæ venæ, neque ſanguis floridus eſt: arteriæ etiam parũ, & imbecilliter, ſicut ſenibus, pulſant. Unde patet teſtes animalibus, & roboris originem eſſe, & caliditate multa totũ corpus perfun-

dere. Atq; iccirco, qui ipſis privantur, depiles non modo mento, ſed toto etiam corpore evadunt: parvaſq; (ut dictum eſt) non ſecus, ac mulieres, venas habent: ac, quaſi aliud quippiam magis, quam animalia, ſint, nulla venereorum libidine afficiuntur: ut in hoc, vel corde ipſo amplius habeant teſtes, quod præterquam quod caliditatẽ, & robur animalibus exhibent, generationis etiam perpetuitatis in cauſſa ſunt. His igitur tot, ac tantis neglectis, qui ante me fuerunt philoſophi, & medici, de parvis, & levibus altercantur, quæruntq; an ad ſeminis generationẽ quicquam faciant teſtes. Nos vero rurſus repetita oratione pro ipſis, dicamus præter hæc omnia, etiam illa non parva eſſe argumenta, quod totum corpus à teſtibus alteretur: non ſolũ enim & ſuavior eſt caſtratarum victimarum caro, integrarum, autem inſuavior, ſed etiam qualitas

ipſa carnium ſimile quid teſtium qualitati præ ſe fert, grave, & ut ita dicam, viroſum, ad odorem uſq; ſimilitudine porrecta. Quæ quidem ignoraſſe alios quoſpiam mirandũ non eſt: at Ariſtoteles certe nõ debebat, quippe qui nobis ſæpenumero dixerit parvas particulas maximarum alterationũ toti corpori in cauſa eſſe: quanquam illud addere ipſum oportebat, ſi exempta aliqua particula totum animal alteratur, eam alterationis eſſe in cauſa, non tamen ejuſdẽ, & ſi auferatur, & ſi adſit: nã, ſi ablata refrigerat, præſens calefaciebat: ſi ablata infirmũ reddit, roboris erat origo: eodem modo ſi abſciſſa incitationem ad coitum aufert, ex ea animalibus generis ſucceſſio erat: atq; hoc profecto tertium, cor præſtare minime poteſt, eſt enim id vivendi tantum, teſtes vero bene vivẽdi, principium: quanto autẽ melius eſt bene vivere, quam ſolum abſolute vi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

vere, tãto in animalibus teſtes corde prȩſtantiores ſunt. Debebant ne igitur iſti, teſtes comparare lapidibus ſtaminibus appenſis, qui ponderis tãtum uſum exhibent? quod igitur cauſa eſt, cur execti una ſecũ omnem etiam corporis contẽtionem auferant? Debebat profecto Ariſtoteles in primo de generatione animalium, maximam aliquam quæſtionem hac de re conſtituere, ubi teſtium uſum explicans, datos eſſe à natura eos aſſerit, ut ſeminalium inſtrumentorum replicatio cõſervetur. At hoc parvum admodum eſt: illud maximum, quod totius animaliũ roboris in ipſis principium apparet: hoc neceſſarium, atq; in primis quærendum illi erat, qui teſtium utilitatem volebat cõſiderare. Sed ipſe, cum hoc prætermiſerit, nihilq; in primo hac de re diſſeruerit, in quinto obiter, cum de voce acuta, & gravi agit, oſtendere conatur, quo modo exectis teſti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

teſtibus efficiatur, ut imbecillius ad functiones ſuas obeundas cor ipsũ evadat. Verba ejus hęc ſunt: Execta omnia in fœminam degenerant: & quia nervoſum robur in principio ſuo laxatur, vocem ſimilem fęminis emittunt. Laxatio autem eſt perinde, ac ſiquis fides intendens appenſo aliquo pondere contẽtas reddiderit: id, quod mulieres, quæ telas texunt, facere conſuevere: ubi enim ſtamẽ intendunt, annectunt ei, quas planas appellant. Ita quoq; teſtium natura ſeminariis meatibus appenſa eſt, ſeminarii meatus venæ, vena originẽ in corde habet. Atq; hæc Ariſtotelis oratio eſt: cujus hoc caput, quod in fine poſitum eſt, conſideremus, cum totius ſupradictæ orationis cõpendium teneat. Ob id enim in caſtrationibus inquit animalia in imbecilliora mutari, quia efficitur, ut cor, ex quo contentio omnis corpori eſt, ablatis ponderibus, quæ ipſum in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

tendebant, reſolvatur ac laxetur: quaſi ſcilicet non ex propria tẽperatura vires cor habeat, ſed quia à teſtibus perinde, ac lapidibus quibuſdã annexis, deorſum trahatur. Verum, ſi etiam nõ ex propria natura habent hanc vim cor & aliis membris ſuppeditat, tanquã principium, ſed aliquo extrinſecus auxilio ad hoc indiget, innumera alia ſubſidia habere poterat teſtibus potiora, quæ, quoad animal vixiſſet, defectura nunquam erant: quorum unum, & evidentiſſimum, & validiſſimum ipſi, quando intẽdere cor vult, non gravabor referre. Cũ enim aorta ad ſpinam dorſi applicetur, quæ difficultas naturæ erat eam illic validis vinculis alligare, quibus cohibita, atq; intenta ad ſe totum cor violenter traheret? poterat etiam ſuperiorẽ arteriæ partem, quæ ad jugulum aſcendit, ibi annectere: nihil enim ad fides intẽdendas intereſt, quarum ille mentionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

tionem fecit, utra in parte, ſive ſupra, ſive infra, inventio efficiatur: immo re vera utrinq; neceſſe eſt, neq; ſupra, & infra tantum, ſed à lateribus etiam, vel ante & poſt, vel in qualibet alia obliqua oppoſitione ex utraque parte. Si cordi igitur nõ ſufficiebat ad robur propria natura: ſed neceſſe erat, ut perinde, ac fides, aut ſtamen, adventitiam intẽtionẽ acquireret, in promptu erat ſane naturæ, vel his arteriis, ut dixi, id moliri, vel nihilominus etiam venis, & nervis, & mẽbranis: quorũ nihil facile ab eo, quemadmodum teſtes, auferri poterat. Nam quantum tandem pondus ſunt iſti? quo modo ex his ad cor uſq; pervenire intẽtio poteſt? Si enim neq; in medio plures flexus haberent, quæ à corde ad teſtes pertendunt conceptacula, intus erant ponẽdi teſtes, ut ad cor uſq; intẽtio porrigeretur. Debebat profecto varicoſorũ vaſorum anfractus inſpicere Ariſtoteles,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

les, priuſquã rem in iis, quæ extrinſecus apparent, experiri, ſi modo ratione comprehendere non valebat: quorum enim in medio revolutio aliqua eſt, ea nullo modo ab altera parte in alteram uſq;, niſi dirigantur, intentionem admittunt. Tantus vero eſt ante teſtes vaſorũ anfractus, ut, ſi dirigeretur, ad media uſq; femora poſſent pertingere: atq; ita efficeretur, ut nullis aliis hominibus vires ineſſent, niſi ſolis illis, quibus teſtes admodum laxi, atq; infirmi ſunt: quæ quidem affectio ſeneſcentium, & imbecillium eſſe cõſuevit, juvenibus vero, & validis nunquam laxi adeo teſtes evadunt. Quid de animalibus diceremus, quæ aſtrictos ad ventrẽ, neque pẽſiles, ut planas, teſtes habent? cujuſmodi ſunt inter quadrupedes ſues, inter aves nõ una, aut duæ, ſed univerſum genus, quibus intra abdominis membranã juxta præcordia in ſpina teſtes collocati ſunt:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

neq; tamen ob id efficitur, quo minus caſtratio in his quoque corpus totum imbelle, ac laxum reddat. Quod ſi ab annexis mẽbris deorſum trahi cor dixerimus, neceſſe erit etiam nobis affirmare renes, & lienem, & ventrem, & quodvis aliud hujuſmodi, multo magis, quã teſtes, detrahere: cum & venæ, & arteriæ in omnia hæc pertineant, & viciniora cordi ſine ulla media revolutione ſint. Cujus quidem revolutionis uſum, neſcio quo modo, non cognovit Ariſtoteles, cum appenſos ei eſſe teſtes perinde ac planas in telis exiſtimet. Atqui cõtraria maxime eſt revolutioni intentio: quomodo igitur ſimul utraque hæc cõjunxit natura? varicavit profecto, & inter ſeſe, utrumq; vas ſæpius replicavit: at, ſi utilis hæc vaſorũ revolutio eſt, pondus teſtium non modo inutile, ſed damnoſum etiam evadet: ſi vero hoc utile eſt, cor male deorſum intendetur. Verum

rum (ut hæc omnia, & alia hujuſcemodi quam plurima etiam illi concedamus) aliud certe viſcus habebimus, quod cor deorſum intẽdere optime ſine dubio poterit, jecur. Nam, ſi non ex propria natura contentionẽ eam omnino habebat cor, ſed extrinſecus alia & præter naturam intentione indigebat, non opus erat profecto, ut teſtes tã parvum corpus, ex tam longo intervallo, tamque longis vaſis, atq; iis revolutis, ipſi annecterentur; cũ jecur & magnitudine æquale, & ſitu proximum adeſſet, ipſique præterea ex maxima omnium, quæ in corpore ſunt, vena recto tramite ſine ulla revolutione, & flexu intẽta appenſum eſſet. Sed jam iis, quæ in diſſectione evidenter, patent, omiſſis, Ariſtoteli, utpote naturali philoſopho, proprias ipſius opiniones in memoriam revocemus. Sẽper ſane is, vel inſitum calorem, vel ſpiritum innatũ, vel bonam tempera-

pera-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

peraturam, firmitatis, ac roboris membrorum cauſſam eſſe ſtatuit: in ſupra ſcripta vero oratione ſolã ex annexis ponderibus intentionẽ eam eſſe affirmat: quam tamen & eſſe violentam, & præter naturam, cum extrinſecus adveniat, vel in fidibus, quas ipſe commemoravit: perſpicue licet videre: rumpuntur enim ſi paulo lõgiori tempore intentę permaneant: qua de cauſa citharistæ lyras, & cytharas deponẽtes, cũ non amplius canere volunt, remittere ipſas ſolẽt. Nequaquam igitur propterea, quod fidium intentio canentibus utilis eſt, eam ſecundũ naturam eſſe ipſis fidibus exiſtimandum eſt: neq; enim naturalem uniuſcujuſq; rei affectionem noſtris uſibus metiri covenit: nam, ſi ita fieret, victimis jugulatis mors ſecundum naturam eſſet, quippe cum nobis utiles futuræ ſint. Neq; tamen, etiam ſi fidibus ſecundum naturam eſſet intentio, propterea

cordi,

cordi, quoque ea erit: nam, ſi ne ab inductione quidem ſcientiæ effectrix demonſtratio conſtitui poteſt, multo minus ab exemplo eam conſtituemus.

CAP. XVI.

Qui teſtium uſus ſit, ex diſſectione, & rationibus evidentibus.

SEd pluribus moror fortaſſe in refellenda opinione adeo evidẽter prava, ut ne imperitũ quidem quempiam lateat. Quare optarem profecto, ut, ſi fieri poſſet, nihil quicquam hujuſcemodi ab Ariſtotele dictum fuiſſet, ſed tota hæc quoque de exectis quæſtio, ſicut à cæteris omnibus, ita ab ipſo quoque, penitus ſilentio fuiſſet involuta: omiſſumque eſſet inexcuſſum, cur in teſtium exciſione totũ corpus effœminetur. Sed nos inquiramus, argumentaque tum ex jã demonſtratis, tum ex iis, quæ in diſſectione evidenter apparent, adhibeamus. Arteria, & vena, quę capiti

teſtis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

teſtis committuntur, ſeminalem quendam humorem jam habere conſpiciuntur: & ipſe etiam totus teſtis hujuſmodi humoris plenus reperitur: ex quo quidem teſte id, quod in ſupergeminali involucro continetur, attractum eſt, ſicut ex ſupergeminali effluit in ſeminarium meatum, cujus partem, quæ eſt ad colem, varicoſum aſſiſtētem appellavit Herophilus: qui quidem peccat etiam ipſe, cum ſeminario vaſi majorem, quã teſtibus, generandi ſeminis vim attribuat: nõ tamen eo, quo Ariſtoteles, errore involvitur, qui telarum planis teſtes comparavit. Verũ, ne amplius orationem protrahamus, ſed jã ex iis, quæ evidenter ſenſui patent, ratiocinemur, aſſumptis etiam quibuſdã aliis, quæ & à nobis alibi demõſtrata ſunt, & ab ipſo quoq; Ariſtotele conceduntur, unumquodque oportet animalis membrũ influentem ad ſe humorẽ alimenti ratio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ne in ſuam naturã immutare: unicuiq; vero membro eſſe, illud eſt, quod nõ ex humorum, qui inſunt, natura, ſed ex ſolidorum corporũ ſubſtãtia exiſtit: à quibus ſcilicet, & qui cõvenitur, humores alterãtur. Quod, ſi hoc ita ſe habet, & in teſtibus ſeminalis humor cõtinetur, ab eo nutriri ipſorũ corpus manifeſtũ eſt: unumquodq; vero ſimillimum ſibi alimentũ reddit: ſemen igitur efficiunt teſtes. Demonſtravimus autẽ arterias etiam & venas illud efficere: ſed illæ quidem paucum multo temporis ſpatio, teſtes vero non ſolum multũ, & cito, ſed exquiſite etiam confectũ, quippe cum ſinceriſſimã ſeminis habeant qualitatem, quam etiam in omnes animalis partes quam citiſſime diffundunt. Neq; id mirũ eſſe debet, quando etiam, ſiquis paululũ ſucci, vel medici, vel cyrenaici aſſumpſerit, ejus qualitatem, & in urina, & aliis humoribus præ ſe fert: id, quod

ruta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ruta quoque, vel allium, vel hujuſmodi reliqua facere conſueverunt: validæ enim facultates ſibi ſimili qualitate universũ corpus immutant. Qua ratione etiam minima particula humoris lethalium venenorũ, quæ δηλητήρια appellãt, ubi in animalis corpus ingreſſa fuerit, totum id momento temporis immutat, ſibiq; ſimili affectione alterat. Nec ſecus fit curatio, quæ per venenorũ remedia, & antidota adhibetur, quæ alexipharmaca nuncupant, quæ cõtraria lethalibus alteratione totum etiam ipſa corpus immutant; non ſane, quod ſubſtantia ipſorũ per totum penetret corpus (neq; enim poteſt tam paucus ſuccus, tam brevi tempore corporis interdũ maximã molem replere) ſed qualitatis diffuſione: qualis & extra nos à Solis fulgore in ambientẽ aërem, & in nobis tũ à corde in arterias, tũ à cerebro in nervos, fieri conſpicitur. Quid igitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

mirandũ,ſi quemadmodũ ſentiendi,ac movẽdi facultas à cerebro in nervos,pulsãdi à corde in arterias, diffunditur, ita quoq; à teſtibus in totũ corpus vim quandam diſpergi dicamus? quæ quidẽ in maribus robuſti,ac maſculi habitus, in fœminis ipſius fœmineæ naturæ in cauſſa eſt:ac propterea efficitur, ut fœmina excîſis teſtibus mari caſtrato ſimilis evadat: aliæ enim omnes partes eandẽ in utriſq; vim habent, hac vero,quę eximia in utroq;erat, qua,ſcilicet & hic mas,& illa fœmina efficiebatur,ablata,reliquum in utriſq; idẽ remanſit,perinde,ac ſi à principio neq; mas, neq; fœmina uterq; eorũ extitiſſet, ſed tertium quoddã, quod ab utriſq; quidẽ differret, neutrũ tamẽ illorũ eſſe.Sed quędã rurſus cõmemoremus ex iis quæ ſępe alias demõſtravimus.Singula mẽbra è venis accõmodatum ſibi ſuccum trahunt:atq;hoc in excrementis quoque fit, ſic enim demon-

monſtratum eſt, & renes urinã, & folliculum fellis bilem, attrahere. Trahunt igitur etiam teſtes ſeminarium illũ humorem, à vaſorum anfractibus ante ipſis præparatum: cujus deinde qualitate percepta, ſuaq; eodem tempore cõmunicata, quod ſupervacaneũ eſt, in meatus ſeminales reponunt: hi poſtea id in coitibus foras excernunt. Unde, ſi immoderatius quis libidini vacet, teſtes frequentius ex vaſorũ revolutione ſemen trahentes, ipſa penitus exinaniunt: &, ſi hujuſcemodi animal diſſecueris, in ipſo humorem nullũ ſeroſum invenies: cõtra in iis, qui veneriis abſtinent, & plurimum, & craſſiſſimũ ſemen reperitur. Vellem igitur, ut etiam tu, quiſquis mea hæc ſcripta legis, ſaltem nunc veritatis cura habita, hæc, quæ dico, examinares, neq; id, aliud agendo: nam neq; ita inventa ſunt. Sed prius debes ad diſſectiones accedere, ibiq; accurate admo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

dum ſpectare cum omnia, quæ ſuperius dixi, tum præcipue hæc, in quæ modo oratio hæc natura deſiit, quod in animali ſcilicet, quod fœminæ congreſſu abſtinuerit, omnia ſeminis referta inveniantur, primum varicoſus aſſiſtens, deinde vas ſeminale, tum ſupergeminalis, tũ totus teſticulus, poſtremo etiam vaſorum revolutio: Si vero quis aſſiduis coitibus ſemen totũ evacuarit, in eo neque aliam quampiam partem, neq; ipſum anfractum, habere ſemen cõſpicies: quo in tempore teſtes ex ſuperioribus venis, quicquid in ipſis ſeroſi humoris cõtinetur, id omne attrahunt: eſt autẽ paucus admodum hic, & mixtione ſanguinis irroratus, quo videlicet etiam ipſas indigere ad alimentum demonſtratum eſt. Hę quidem venæ, cum à teſtibus, qui vehementiorẽ ipſis vim habent, eo violenter privetur, à ſuperioribus aliis etiam ipſæ, rurſus ſuperiores illæ ab aliis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

illæ à vicinis ſubinde trahunt, atq; ita deinceps fit uſq;dum in omnem corporis partem trahendi hæc viciſſitudo diffuſa, omnibus animalis mēbris propriũ alimentũ eripiat: attrahit enim ſubinde id, quod penitus exinanitum eſt, ab eo, quod plus habet, quaſi violenter rapiens. Cũ igitur hoc ſemper fiat, & omnia tanquam in chorea ſibi invicē alimentum tradant, omnia animalis vaſa, & membra tantiſper evacuari neceſſe eſt, quoad repleatur id, quod potentiſſimum eſt: atque hoc modo accidet, ut his temporibus omnes animalis partes non tam ſeroſo humore, quã vitali etiam ſpiritu, priventur: ſiquidem hic quoq; ex arteriis una cum genitali humiditate excernitur. Quare nihil mirandum eſt, ſi ii, qui immoderatius coitu utuntur, imbecilliores evadunt, cum & univerſum corpus utrorumque horum puriſſima parte fraudetur: & accedat etiam volu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ptas, quam vel ſola idonea eſt ad vitales vires diſſolvendas, ut nõnulli jã nimia voluptate affecti interierint Et hæc quidẽ obiter dicta ſint, licet à propoſita re minime ſint aliena: nã inter alia etiam hoc nihilominus ab iſtis quæſitũ eſt, quid ſit, cur maxime diſſolutum corpus reddat coitus: multaq; ad id reſpõdent, quæ falſa omnia ſunt, iccirco, quia principia prima ignorarunt, quę hoc neceſſario cõſequitur. Sed rurſus ad propoſitum noſtra redeat oratio, & dicat, omnibus ſolidis animalis mẽbris è ſemine, quemadmodum carneis omnibus è ſanguine, tã generationem quam nutritionem eſſe: unumquodq; enim ea ſubſtantia, qua primum genitũ eſt, ali etiam perpetuo conſuevit, quippe cũ nutritio nihil aliud ſit, quam continue effluentis ſubſtantiæ redintegratio. Quę igitur ex ſanguine à principio conſtiterunt, adhuc uſq; renaſci, ac gigni poſſunt: non

poſſint

poſſint ea, quibus ſemen generationem præbuit, niſi alicubi vena aliqua, atque ea quidem perraro.

CAP. XVII.

De vaſis ſeminariis, ac de uſu venæ Supergeminalis.

SI addere orationi huic quicquã velim, minime fortaſſe neceſſarium erit: ſed tamen, quia jã totam teſtium naturã explicavimus, non erit ab re, ut rurſus de ſeminariis vaſis nonnulla dicamus. Nam, ſi hæc, quo tempore venereis non utitur animal, plena ſemine conſpiciuntur, quærere forſan quiſpiam poſſet, qua ratione id fiat, trahant ne geniturain ipſa, an teſtes in ipſa per mediam ſupergeminalẽ eam emittant. Hæc ſane requirentibus ita reſpondendum eſt, ut dicamus utroque modo repletionem hanc exiſtere: ſed hæc naturalium facultatum ratio latius in proprio commentario fuit demonſtrata: nunc ex ipſa tantum id, quod ad præſen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

tem rem facit, ſumendum eſt. Demonſtratum enim eſt unumquodque membrum ad ſe accommodatum ſibi alimentum attrahere: deinde, ubi ex eo, quicquid ſibi neceſſarium eſt, perceperit, reliquum excernere: quod, cum ipſi excrementum ſit, alteri ſubſequenti alimentum efficitur. Atq; hæc ad hujuſcemodi quæſita reſponſio exhibeatur. Si vero quis rurſus interroget, cujus cauſa à natura, quæ nihil temere agit: ſupergeminalis addita ſit. Cauſa ſupradictorum inſtrumentorũ reſpondebimus fuiſſe factã, teſtis, inquã, & ſeminalis meatus, & arteriæ, & venę, in quibus ſemẽ prius colligitur. Tuto enim cũ his conjungi teſtis nõ poterat, cum vehementiſſima contẽtio in ſemine emittẽdo fiat: nervoſa ſiquidem eſt arteriæ, & venæ, ſicut etiam ſeminalium conceptaculorum, tunica: teſtes autem glanduloſi & molles: ut facile ex valida intentione du-

ne durum à molli abrumpendum eſſet, ſi imbecillibus ita nexibus fuiſſet appenſum. Quocirca invẽtũ à natura eſt ſupergeminalis corpus non tã ſitu, quam totius etiam ſubſtantiæ forma, medium, tanto enim ſeminario meatu, & revolutis, ac capreolaribus vaſis mollior, quanto teſtibus durior eſt: tãto rurſus his nervoſior, quãto illis carnoſior. Nervoſi igitur & duri cũ molli, & carnoſo minime congrua cõjunctio eſt, ſed medium inter utraque accommodatum utriſq; efficitur: tantum enim ſupergeminalis duritiæ adepta eſt, ut intenta à ſeminariis vaſis non rũpatur: tantum contra mollitudinis, ut apte ſubſtantiæ teſtium accõmodetur. Cõjungũtur igitur media hac ipſa teſtes ſeminariis vaſis: immo, ſi verũ dicere volumus, ſupergeminalis horũ origo & radix eſt, quę in ſe ex toto teſticulo ſemen exhaurit.

LIBER

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Quæ ſuperiore libro de marium ſemine, ac de inſtrumentis ad id deſervientibus inveſtigavit, hic ad fœminas trahuntur.

CAP. I.

Adverſus Herophilum, Ariſtotelem, & Athenæum: quod fœminæ ſemen emittant, & quod uſum id habeat ad fœtus generationem.

SEqui videtur, ut de ſemine fœminę dicamus, quicquid hac ſuperiore digreſſione omiſsũ fuit: atque hic quoque principium ex diſſectionum evidentibus ſumendum eſt. Annexi ſunt teſtes vulvis, ex utraq; parte alter, vaſorum revolutionem excipientes ſimilem, ut in maribus, niſi quod in eundem locum non protenditur: non enim opus erat fœminæ, quemadmodũ mari, extra, ſed in ipſas vulvas ſemen emittere: unde hæ quaſi occurren-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

currentes ſeminali meatui oblongos quoſdam proceſſus à lateribus exigunt, quibus ſemen excipiant. Atq; in animalibus cũ in venerem ſtimulantur, ſeminalis meatus ſemine maxime plenus reperitur, vacuus contra ſtatim poſt coitũ: non parva etiam ſeminis copia in iis interdũ conſpicitur, quę jamdiu conceperunt, & gravidę ſunt, in quibus videre manifeſte poteris in oblongis proceſſibus, quę ſcilicet cornua appellant, humorem ſeroſum craſſum contineri: ad quem locum, ut ſupra dictum jam eſt, inteſtinalis membrana allantoides nũcupata, craſſiorq; genitura applicatur. Atque hic demirari eos convenit, qui extra vulvam ſeminarii meatus orificium apertum eſſe dicunt. Sed, ſi voluero, quicquid ubiq; dicendũ incidit, explicare, verendum eſt, ne huc totã genitalium membrorum diſſectionem cogar transferre: ſi contra illud tantum, quod verũ eſt,

pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

protulero, video me præſentẽ tractationẽ probatione ſua eſſe fraudaturum. Quocirca ne, vel ſupra modum producam orationem, vel id, quod dico, omni confirmatione deſtitutum relinquam, data facultate unicuiq; requirendi, quicquid ex diſſectione ſibi à nobis oſtendi voluerit, ea tantum, quæ vera ſunt, in præſentia cõmemorabo. Quam plurimis ſane ſpecilla leniter utrinque acuminata, quæ dipyrena appellant, ab exteriore parte in ſeminarios meatus immiſſa in interiorem trajici in caprarũ vulvis oſtendi: &, ſi animal bos, vel aſina, vel equa fuiſſet, non hæc ſolum, ſed triplo, & quadruplo etiam craſſiora, vel ligna buxea teretria, & prælonga, vel ſpecilla ad formã ſpathæ facta demitti, ac trajici per vulvæ cornua cernebantur, hocq; etiam, ſi nobis vita defungi contigerit, reliqui omnes amici oſtẽdere adhuc poterunt, quippe cum minime dif-

ficilem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ficilem, immo promptiſſimam, ac facillimam ex omnibus, quę in diſſectione monſtrantur, habeat adminiſtrationem. Sicut itaq; multi ex medicis reprehendendi ſunt, ita Hippocrates, qui hæc primus invenit, jure debet laudari. Inquit enim in principio libelli de natura infantis ad hunc modum. Si genitura, quæ ab utriſq; exiit, in uteris mulieris manſerit, primũ quidem cum mulier non quieſcat, ſimul cõmiſcetur, & cogitur, & calefacta craſſeſcit: & reliqua deinceps, quibus eo in tractatu docet, quo pacto ex utraq; genitura cõmixta fœtuum generatio exiſtat. Herophilus vero, neſcio quomodo, fœminatũ ſemen extra effundi affirmat: cũ tamen de teſtibus in tertio diſſectionis volumine exacte admodũ ſcripſerit, in principio ita dicens: Annexi vero ſunt vulvæ etiam teſtes à lateribus ex utraq; parte, parum à marium teſtibus differẽtes. Deinde ſubſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ſubſequẽs nõ multo poſt hæc verba infert: Teſtes autẽ fœminis, utriſq; vulvæ humeris annexi ſunt, dextro alter, alter ſiniſtro, non uno ſcroto ambo, ſed ſeparatim uterq;, tenui quadam, & membranea tunica circundati, parvi, & leniter preſſi glandulis perſimiles, circundante quidem tunica nervoſi, carne vero fragiles, perinde ut in maribus: è quabus quidem etiam prægrandes ſunt. Vulvæ autem eos annectunt tum membranæ non parvæ, tũ vena, & arteria, quæ à vulva in ipſos ingreditur: à vena enim & arteria in utrunq; teſtem innectitur vena à vena, arteria ab arteria. Seminalis porro meatus utrinq; non admodũ apparet: qui ab exteriore parte vulvæ inheret, alter à dextro latere, alter à ſiniſtro, revolutuſq; eſt, quemadmodum in maribus, prioremq; partem reliquamq; omnem fere, varicoſam uſq; ad finem habet: qui ab utroq; teſte non ſecus, atque in mari-

maribus, ad carnoſam cervicis veſicæ partem inſeritur in anteriore parte tenuis, & tortuoſus, qua coxarum oſſa attingit, quo etiam deſinit, introq; ab utraq; parte ad cunnũ penetrat. Varicoſus aſſiſtens in fœmina minime inſpectus eſt. Hęc Herophili oratio eſt, in qua quid mihi admirationem pariat, jam dicam. Cum de ſitu, magnitudine, & natura fœminæ teſtium exacta omnia ſcripſerit, & ne id quidẽ prætermiſerit, quod ad eos vena, & arteria utrinque perveniat, ſed undequaq; abſolverit orationem: poſtea vero de ſeminario meatu, quod extrinſecus utrinq; alter vulvis inhæreat, vera expoſuerit, de eodem, cujus ſatis evidens magnitudo extat, quod non admodum apparet, mentitur: atq; id multo magis facit, cum in cervicem veſicę non ſecus, atq; in maribus, inſeri eum affirmat. Non modo enim in nullo fœminei ſexus animali hujuſmodi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

meatus ad cervicem veſicæ inſerũtur, ſed ne ad cervicem quidẽ vulvæ: quæ quamvis longe ſit vicinior, quam veſicæ fundũ, ad eam tamen uſq; pertingere minime videntur: ſed à lateribus vulvarũ annexi, alter hinc, alter inde, ad ſummum uterq; ſibi oppoſitum cornu pertendunt, atq; intro ſemen effundunt: quod quidem eo in loco in conceptu colligitur: in effuſione vero, quæ in ſomnis fit, primum in vulvam, deinde foras ex ea egreditur. Quemadmodum etiam nunc in muliere, quæ uteralibus morbis vexabatur, in vulvam prius deinde ex ea foras, & copioſiſſimũ, & craſſiſſimum ſemen effluere viſum eſt: quod, quia diu vidua permanſerat, tam multum, atq; hujuſmodi collectum fuiſſe manifeſtum eſt: Sed tunc ipſam lumborũ, manuum, & pedũ diſtentiones quędam invaſerant, ut convulſa eſſe videretur, in quibus excretum eſt ſemen: dice-

batque

batq; ſe voluptate etiã ſimili affe-
ctam, qualis in coitu cõtingere cõ-
ſuevit. Atq; hoc quidẽ ſemẽ, & craſ-
sũ, & copioſũ propterea fuit, quod
multo jã tempore non fuerat eva-
cuatũ: at in aliis, & paucũ, & liqui-
dum, quod effluit apparet: ſæpe ex
interiore ipſarũ vulvarũ parte in eũ
locum exit, qua mingunt. Unde A-
thenæo fides adhiberi nullo pacto
debet, qui ait, ſicut marib⁹ papillas,
ita fœminis ſeminalia mẽbra fuiſſe
cõſtituta, ut ſola ſimilitudo, ac cõ-
venientia in prima membrorũ for-
matione, non item functio, ſervata
fuerit: neq; videt, & maribus præter
paucos quoſdam nõ eſſe in papillis
glanduloſa corpora, quæ in fœmi-
nis maxima conſpiciuntur & fęmi-
nis plena ſemine non ſeminaria tã-
tum vaſa reperiri, ſed etiam teſtes.
Qua ex cauſa fit, ut pauciſſimos
mares inveniamus, quibus mãmæ
turgidæ ſint neq; eæ admodũ mul-
tum: fœminis vero omnibus in ſe-

minariis meatibus ſemẽ contineri videamus. Quemadmodum itaq;, ſi in omnibus maris mammæ lacte plenę conſpicerentur, non oportet ratione indagare, an id eſſet, ita, cũ in fœminis ſemen contineri videamus, an fœminę ſemen excernant, quęrendum non eſt. Ne igitur amplius ab Hippocrate diſſideant, qui in principio libri de natura infantis ita ſcripſit. Si genitura, quæ ab utriſque exit in uteris mulieris, &c. ſed quærent, cui uſui hujuſcemodi fœmineum ſemen eſſe poſſit. Poteſt enim ut jam diximus in priore libro, natura ex eo inteſtinale involucrum conſtituere: poteſt quoque alimentum ex eo virili ſemini accommodatum, & primum præparaſſe: poteſt item id, quod Hippocrati viſum eſt, ex utriſq; commixtis unum perfectũ ſemen conflari: quę quidem eſſe ſane poſſent, quanquam, ſi nõ poſſent, illud certe, quod fœmina in venerem incitatur,
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

tatur, fieri vel maxime poterat. Icċirco longe melius erat, ut ſemen in fœminis quoq; eſſe, ex iis, quæ evidenter extant, videremus: quam vero vim id habeat, ratione perſcrutaremur. Quę quidem evidenter extant, & ſuperius commemoravimus, & nunc etiam repetemus. Meatus ſeminarii, qui ſemine pleni ſunt, ſine etiam maris congreſſu in fœminis illud excernunt, tum in ſomnis, perinde ac maribus cõſuevit: tum, ut ſuperius de vidua muliere dictum eſt, eiſq; animalibus, in quibus ad verticem inteſtinalis membranæ ſemen reperiebatur. Quæ res Ariſtotelẽ, & Athenæum pręcipue arguit, eoſq; etiam medicos, qui ſeminarios meatus cornibus vulvę annexos quidem eſſe inquiunt, ſed perforatos tamen à lateribus extrinſecus ſemen ſupra ipſas vulvas profundere. Quibus profecto, quod verum dicant, fortaſſe aliquis concederet: ſiquidem

 ipſo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ipſo Lynceo acutius in tenuiſſimo foramine inſpiciendo, ſuffuſis vero obtuſius in maximis quibuſq; diſcernẽdis vident: cum penitus quærere omittant, unde illud, quod in vertice inteſtinalis membranę cernitur ſemen, collectũ ſit: quo modo item, quod effunditur ſupra vulvam, abſumatur. Merito igitur hujuſmodi homines reprehendendi ſunt: nam ex duobus alterũ, vel difficultate animadverſa dedita opera tacuerunt, vel nullã omnino quæſtionem ſubeſſe exiſtimarunt: dedita quidem opera tacere, minime probi: nihil autẽ hac in re dignum queſtione exiſtimare, imperiti atq; ingenio tardi hominis eſt. Nunquid vero in hoc tantummodo errant, an multo magis in cęteris? Cũ enim menſtrua accommodatam fœtui materiam, ſemen opificem, eſſe dicant: multumq; adverſus eos dilatent orationẽ, qui à toto corpore proficiſci ſemẽ inquiunt, neſcire-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ſcireq; eos oſtendant, quis profectũ
ſemen diſponat, atq; excolat, atque
hunc ipſum eſſe ſeminis vim aſſe-
rant, qui fœtum ipſum contingat,
ac formet: mox horum omnium
obliti nõ advertunt ſe materię, vim
hujuſcemodi cõcedere, quam pau-
lo ante opifici attribuerant. Nam
formantis officium eſſe, alterutro
ex parentibus ſimilem, vel diſſimi-
lem fœtum reddere, nemo eſt, qui
neſciat: ipſi vero matri ſimilem in-
fantem ex alimẽto fieri affirmant:
atq; hinc longius protracta oratio-
ne nituntur oſtendere, quam ma-
gnæ ex alimento alterationes, &
animalibus, & plantis exiſtant: ne-
que vident ſe nullam ex iis, quas
cõmemorant alterationes, talem
poſſe oſtendere, quæ ſpeciem im-
mutet. Nam perſica arbor in Ægy-
ptum tranſlata formam minime
immutaſſe conſpicitur, ſed bonum
tamen alimentum nacta, eſui ido-
neum fructum, cum prius nõ eſſet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

protuliſſe: neq; oves unquam mutato pabulo, capris, quæ prius eo veſcebãtur, ſimiles evaſerunt, neq; capræ ovibus, aut aſinis, aut equis. In commixtionibus quidem diverſi generis animaliũ fieri Athenæus ipſe confitetur, ut fœtus à matre quiddam peculiare recipiat, non in colore tantum, aut tenuitate, aut craſſitudine, aut clariore voce, & id genus ceteris, quæ parva ſunt, & ſolius materiæ, non etiam formæ animalium, affectiones: ſed, quod à matre in his provenit, tale eſſe ait, ut ſpeciem quoq; totam immutet: ſi enim aſini ſemen equa in utero exceperit, fœtus nõ patris tantum, ſed ex utriſq; mixtam ſpeciem præ ſe ferre: ſi vulpẽ canis prægnantem reddiderit, quod naſcitur, non canem, ſed mixtum ex utroq; genere animal eſſe. Adde, quod in ſeptimo de ſemine libro idẽ Athenæus majus quid etiam videtur concedere (quod quomodo non advertat,

tat, non video) plus à matre, quam à patre, habere natos affirmans, ab equa mulum, ab aſina hinnum: ſimili modo ex vulpis, & canis commixtione fœtũ, ſi canis mas fuerit, vulpis ſpecie præditum effici, ſi cõtra, in canis formam evadere: ut ex vulpe vulpis canina, è cane canis vulpinus generetur: nam, ſi ovem caper inierit, ovem duriori lanitio, ſi è contrario capram aries, capram molliori pilo gigni ait, ut nihilominus natis, quantum ad formam ſpectat, conferri aliquid à matre, immo amplius etiam, quam à patre videatur. Verum nõ modo non amplius, ſed ne minus quidem à matre cõferri natis deberet, quippe cum nihil omnino formam ſpecialem, vel animis, vel plantę poſſit immutare, ſed omnia ex ſeminibus talem originem habeant. Sed quid multis moror? fatentur etiam iſti, ad quos præcipue mea hæc inſtituta eſt diſputatio, illud, non ſo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

lum videlicet materiæ ingenerari ſpeciẽ, ex qua vel homo, vel quercus, vel platanus, vel hedera fit, verum etiam formã ipſam à ſemine, quod materiam fingit, abſolvi: cujus propoſitum in formatione ſit non tam figuram, quam magnitudinem, & ſitum uniuſcujuſq; membri, mutuamque omnium inter ſe connexionem conſtruere. Ut igitur errores ſuos aggnoſcant, ex iis, quæ ipſi ſtatuunt, ratione concluſa ipſos ita interrogabimus. Naturane comparatum eſt, ut ea, quæ fœtum fingit vis, oculum, naſum, ſupercilium, ſingulaq; alia membra efficiat, materia vero naſum aduncum, vel ſimum: oculũ cæſium, vel nigrum, exprimat: an ejuſdem eſt facultatis, quæ naſum fabricat, ſtatim etiam eundẽ, vel aduncũ, vel ſimum, vel rectum formare: nam Polycletus etiam, cum armigerum fingebat, nequaquam ipſe naſum, & oculum fabrefecit, eumq; poſtea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

luto rectum faciendũ reliquit. Veruntamen, ne rationi huic noſtræ quicquam deeſſe permittamus, alterutra reſponſione conficiatur: ac primum faciamus nobis ipſos reſpõdere, naſum ab opifice, rectum naſum à materia fieri: eodẽ modo oculum à formatrice facultate, oculum cæſium, vel nigrum à materia: ſimiliter quoq; de aliis ſingulis ipſa quidem à ſemine, hujuſmodi vero aut illiuſmodi à menſtruo effici. At, ſi hoc concedemus, ſemper natum matri ſimilem evadere neceſſe erit: ſimilitudo enim ex mẽbrorum formatione exiſtit, non quãtum ad communem ſpeciem, ſed quantum ad differentias attinet, quæ ſpeciei accidunt: quippe cum communis ſpecies hominem, equum, bovem conſtituat, membrorum vero differentia ea ſit, quæ aduncum, aut ſimum facit, in quo ſimilitudo & diſſimilitudo omnis ad parentes conſiſtit. Age vero ſta-
tuamus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

tuamus rurſus formationem hujuſcemodi è ſemine eſſe: at, ſi ſemen mas tantum effundit, nunquam ſimiles matri nati ederentur. Quare utrinq; abſurda oratio evadit: nã, ſi à facultate, hoc eſt ſemine, ſimilitudo fit, ſolis maribus ſimiles filii erunt, matri vero nequaquam: ſi contra materia, id eſt menſtruum, ſimilitudinis in cauſa eſt, nati fœminarum omnes, marium nulli effigiem referent: qui tamen alterutri ſimiles conſpiciuntur. Perperam igitur ſumptionibus iſtos uti cenſendum eſt: nam figuram argumentationis ad colligendum idoneam, hoc eſt ſyllogiſticam, ignorat nemo, qui vel parum demonſtrationis diſciplinam attigerit: quæ tamen, ut manifeſtius adhuc etiam parum exercitatis pateat, rationem ſeparatim utramque interrogabimus. Similitudines è ſemine exiſtunt: ſemen è ſolo mare proficiſcitur: hæc prior

ratio eſt: Altera ita, ſimilitudines ex menſtruo exiſtunt: menſtruum è ſola fœmina proficiſcitur. Perſpicuum itaque jam eſt, ſi alterutrum verum ſtatuatur, falſum ſecuturum eſſe, quicquid ex his conficietur: & nihil tamen tertium inveniri poteſt, ſed ex menſtruo, & ſemine animalium generatio eſt: unde nihil diverſum ab his requirere amplius debemus. Reſtat igitur, ut ex reliquis ſumptionibus alterã minime veram eſſe dicamus. Una erat, in qua menſtruum ſolius matris: altera, in qua ſemen ſolius patris eſſe ponebatur: quare ex his alteram omnino falſam eſſe neceſſe eſt: at, quod ſolius matris ſit menſtruum, vel ex ipſorum horum ſententia verum eſt: falſa itaq; erit ea, quæ ſolius patris ſemen eſſe ait. Sive autem ſemen dicamus, ſive fœcundum ſemen, utroque vocabulo ratio conficietur: ut adverſus eos, qui nullo modo fœminam ſemen

funde-

fundere autumant, ſemen abſolute dicamus: adverſus eos vero, qui ſemen quidem emittere etiam fœminā ajunt, non tamen fœcundum id eſſe concedunt, fœcundum addamus. Atque hæc ad refellendam eorum opinionem ſatis ſunt. Poſſumus tamen abſq; ulla etiam confutatione directe demōſtrationem facere, atq; id dupliciter, partim cū conditione, partim aſſertive, id eſt hypothetice, & cathegorice. Cum Conditione ita: ſi utriſque parentibus ſimiles eduntur partus, ex cōmuni, quæ utriſq; ineſt cauſa, ſimiles efficiuntur: ſed utriſq; parentibus ſimiles eduntur partus: ex cōmuni igitur, quæ utriſq; ineſt cauſa ſimiles efficiuntur. Deinde iterum: ſi ex cōmuni, quę utriſq; ineſt cauſa, ſimiles efficiuntur, vel ex ſeminis, vel menſtruorum ſubſtantia id fit: at menſtruorum ſubſtantia communis minime eſt: ex ſemine igitur ſimiles efficiuntur. Aſſertive autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

autem ita rationem colligemus: quoniam nati utriſq; parentibus ſimiles ſunt, commune cum utriſq; principium habent, quod ipſos ſimiles reddit: ſimilitudo ſiquidē ad parētes ex principio exiſtit. Deinde ad hanc rationem, alteram hoc modo interrogabimus: vel ex ſemine parentibus ſimiles nati evadunt, vel ex menſtruo: ſed ex menſtruo minime fiunt: ex ſemine igitur. Huic poſtea tertiam ſubjungemus ſic: ſi è ſemine ſimilitudo exiſtit, quia multi matribus quam ſimillimi naſcuntur, fęminam etiam ſemen emittere neceſſe eſt. Atque hæc Athenæi, atque Ariſtotelis cauſa dicta ſint, qui ſcientiæ effectricibus demonſtrationibus, & delectantur, & ſtudent.

CAP. II.

Cur Fœtus aliquando matribus, aliquando patribus aſsimilentur.

SEd nos rurſus per noſmetipſos videamus, quænam ſit cauſa, cur ſpecies

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ſpecies animalis ad matrem magis ſpectet: ſimilitudo modo ad matrem, modo ad patrē. Nam, etiam ſi quam maxime ſemen effundat fœmina, & fœcundum id ſit, nondū tamen fœcundius maris ſemine ipſum eſſe, eſt exiſtimādum: unde oportet vinci fœmineum ſemen, maſculū vincere, ac ſuperius eſſe, ut & in ſpecie, & ſimilitudine principatum obtineat. Ad cujus rei ſolutionem, quæ mihi videantur dicenda, mox ſubjungam, ab iis progreſſus, quæ tum ab Ariſtotele in ſecundo de partibus animalium, tum à nobis in primo de uſu partium demonſtrata jam ſunt. Moribus & facultatibus animę idoneum corpus præparat natura: mores vero, & facultates ex ſubſtantiæ temperatura habet, unde ipſius prima generatio extitit: id, quod etiam ab Ariſtotele demōſtratum eſt. Ex his ita poſitis conficitur, ut animalium ſpecies, generationi ſubjectas

ſub-

ſubſtantias ſequantur, atq; unumquodq; animal, vel bos, vel equus, vel homo, vel quæpiam alia ſpecies evadat ex ſubſtantia ipſa, unde egenita eſt: natura vero ejus ſit facultas quædam, quæ ſubſtantiam eam movet, & fingit. Nihil intereſt autem in pręſentia, ſive materiam, ſive ſubſtantiam appellaverimus: nam, cum ſubſtantia multis modis dicatur, unum hoc ejus quoq; eſſe ſignificatum perſpicuum eſt, quo pro materia accipitur. In animalibus ſane ſubſtantia, quę generationi ſubjicitur, menſtruum ſolũ eſt, ut Ariſtoteli placet: motionis vero principium ex ſemine accidit. Athenæus quoque, ſicut Ariſtoteles, materiam ad animal generandũ in menſtruo: facultatem, quæ id movet, in ſemine ſtatuit. Cõtinget igitur illis ex hiſce dimidiam propoſitæ quæſtionis partem ſatis diſſolvi, reliqua dimidia adhuc in dubio relicta. Menſtruo enim propria eſt

 ſpecies

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ſpecies animalis, quippe cũ in materia, ex qua animal fit, eam conſiſtere oſtenderimus: forma vero uniuſcujuſq; ſpeciei, ut prius etiam diximus, ſemper ex mare provenit: ex quibus primum quidẽ quodam modo, non tamen penitus, verum eſt, ſecũdum prorſus falſum. Nam, ſi tota ſpecies, materiæ generationis animalium propria eſt, verũ eſt primum: ſi nõ tota, ſed ei quædam etiã pars illius, quod vim, & facultatem affert, immiſcetur, falſum: quippe ſuperiùs demonſtratum eſt non totam animalis ſpeciem juxta matrem formari, ſed majorẽ quidem partem à matre, nonnihil vero etiam à patre habere. Quare videtur fieri omnino non poſſe, ut quæſtio hæc perfectè ſolvatur, ſi Athenæi, & Ariſtotelis poſitiones omnes ſerventur. Cõſideremus igitur, quænam ex ipſis nobis immutanda ſit. Priorem, quia evidẽtibus argumentis, & à nobis in libris de
uſu

uſu partium, & ab Ariſtotele, demonſtrata eſt, immotam ſervabimus: illas, ſi modo aliquid movendum eſt, mutari convenit, quæ ad menſtruum, & ſemen pertinent: nam neq; ſemen facultas tantũ eſt, ſed materia etiam quædam, neque menſtruum materia ſolum modo, ſed etiam facultas. Semen quidem ad materiale quoq; principium, vel maxime cõferre in priori libro declaratum eſt: in menſtruo vim, & facultatem ineſſe, in hoc oſtendetur, ſi tãtum ea, quæ in priori dicta de ſeminis generatione ſunt, repetiverimus, cum ſemen diceremus nihil aliud eſſe, quam ſanguinem à venis, quæ ipſum continent, exquiſite confectum: hac enim ratione non ſolum ſanguis, ſed ſemen quoq;, poteſtate materia fœtus evadet: ad quod concedẽdum Athenæus etiam, cum quęrit, quomodo matri ſimilis natus reddatur, devenire coactus eſt: vere id quidem, ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

parũ conſtanter aſſerens, ut poſtea monſtrabo: nunc autẽ ad rem veniendum. Illud quidem tam à nobis, quam ab illis, conceditur, ex materia, & facultate unumquodq; animal gigni: illud vero, quod & in ſemine, & menſtruo utraque hæc principia habeantur, non tamen æquis viribus in utroq;, ſed in ſemine effectivum principium validiſſimum ſit, materiale pauciſſimum: in ſanguine contra, quod ad materiam ſpectat, plurimum, quod ad vim, & facultatẽ, imbecilliſſimum reperiatur, illi, neſcio quomodo, ignoraverunt: nos autem id in pręſentia prętérire minime debemus, ea, quæ jam demonſtrata ſunt, in memoriam reducentes. Nam, ſi materiale fœtus principiũ, ex quo ſpeciem animalis effici oſtẽdimus, in menſtruo ſolummodo eſſet, natus exquiſite ſpeciem matris redderet: ita quoq;, ſi effectivum tantum in ſemine eſſet, filius patri

pror-

proſus ſimilis naſceretur. Quoniam vero non ita eſt, ſed utrunque in alterutro quidem reperitur, in menſtruo tamen materia, in ſemine vis, & facultas principatum obtinet, merito evenit, puto, ut quamvis ſemen ad materiale principiũ etiam faciat, ſpecies animalis matrem magis, quam patrem, repræſentet, ſimilitudo non tam matrem, quam patrem. Licet enim, quantum ad vim ſeminis, proles ſemper patri ſimilis naſci debere videatur, fœminea tamen genitura, quæ ad robur etiam ipſa, & firmitatem confert, vim & facultatem menſtrui ſibi adjungit: quæ novem menſium ſpatio aſſidens tanto invaleſcit, & ſuperat, quanto in primo congreſſu à maris ſemine ſuperabatur: quippe cum fœmineo ſemini conſentaneum ſit, ut ſuam ſubſtantiam, & facultatem potius, quam maris, augeat, & confirmet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

CAP. III.

Adverſus Empedoclem, qui divulſas fœtus partes in maris, & fœminæ ſeminibus ineſſe opinatus eſt.

QUoniam vero ſatis de his etiã definitum eſt, locus jam exigere videtur, ut quæſtionem illam excutere aggrediamur, quæ ab iis, qui fœminã, vel omnino nullum, vel certe non fœcundum ſemen, ſpargere opinantur, quaſi inexplicabilis proponi conſuevit. Nam, ſi concedatur, inquiunt, fœminã non tam materię, quam facultatis, principiũ eſſe, ſupervacaneus mas eſt: atque hic nonnulli avium earum exemplo utũtur quæ ſine ulla maris commixtione ſubventanea, & zephyria, quæ appellantur, ova pariunt. Empedocles quidem divulſa eſſe ſobolis membra ajebat, ut in fœminæ alia, alia in maris ſemine continerentur: atq; inde oriri animalibus venerei complexus appetentiam, dum partes illæ inter ſe diſtra-

diſtractæ conjungi, atq; uniri concupiſcunt. Cujus ſane abſurda oratio eſt: primum, quod unicuique parti, tanquam animali, inſitum unionis, & mixtionis ad totius animalis abſolutionem appetitũ ſtatuit: deinde, quod nõ advertit miſcellaneam ſe, ac confuſionem utrorunq; ſeminum concedere, nihilq; ſimilare hac ratione, id quod tamẽ apparet, relinquere: hoc modo enim ſemen omnia in ſe habebit, componeturque ex omnibus animalis partibus, hoc eſt arteria, vena, nervo, oſſe, copula, carne, ſinguliſq; aliis, inordinate ita inter ſe congeſtis: quæ profecto omnia, ſi ex ipſis conſtitui animal debet, quadã alia facultate indigent, quæ ſuo quidque ordine convenienter diſponat. Quid igitur hoc erit? Neque enim id eſſe poteſt, ut quidam dicunt, quod ſimile ad ſibi ſimile natura feratur: nam, ſi ita eſſet, omnibus oſſeis partibus in unum
 tan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

tantum os magnum, una itē chartilago, una arteria, unus nervus, & unumquodq; demum aliud unum in fœtu reperiretur. Vnde aliud tertium ſtatuere opus eſt, quod in utroq; ſemine diſperſas partes in ordinem diſponat. Quocirca, vel tertium ſemen, quærendum eſt, cui hanc facultatem adſcribamus, vel contineri eam in primis ſeminibus eſt exiſtimandum. Adde, quod Empedoclis hæc opinio longe abſurdior etiam evadit, quippe, qui quonam modo augeri poſtea fœtus queat, minime intelligit: nā, cum primæ arteriæ, & venæ, oſſa, nervi, chartilagines, copulæ, membranæ, & carnes, hujuſmodi omnia minima neceſſario ſint, utq; augeantur, debeat, quod affingitur, ſimile omnino eſſe, unde id habebimus? nihil ſane aliud coaleſcenti fœtui influere videmus niſi menſtruum: at id ſanguis ſolus eſt, nervis, venis, arteriis, oſſibus, reliquiſq; omnibus parti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

partibus minime cõpoſitus. Quod, ſi alterato, atq; immutato mẽſtruo unamquamq; ex his partibus effici dicamus, in ſemine artifex, qui has efficiat, ſtatuendus eſt: quem cum initio quoq; habeamus, abſurde divulſas animalis partes comminiſcimur. Nam quo modo quæſo hæc divulſio eſt? nunquid oſſis capitis, vertebræ item uniuſcujuſq; ſimiliter brachii, & cubiti, cæterorumq; omnium ſingulorum, utræq; partes formatæ, altera in altero ſemine, ſeparatim inveniuntur, an omnium oſſium alterutrum ſemen informẽ, ac confuſam ſubſtantiam continet, ex qua deinde alius aliquis opifex ſingula oſſa fingat, ac formet, alius inter ſe connectat, ac conſtruat, perinde, atq; è luto lateres fingit laterifex, faber murarius conſtruit? At hæc omnia cum in aliis ſingulis inſtrumentariis partibus, tum in genitalibus præcipue admitti nullo modo poſſunt. Nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

vel in utroq; ſemine partes inſtrumentariæ, & marium, & fœminarum, vel in fœmineo fœminarum, in virili marium continentur: utro modo id ſit, ex cõmixtione utrorumq; formationem fœtus exiſtere omnino fatendum eſt, ut nobis omnes nati tali ſpeciei naſcantur, quali fictores eos, qui Hermaphroditi vocantur, fingere conſueverunt, qui utraq; membra genitalia, tam maris, quam fœminæ, integra habent: quod, ſi alterum ex his pereat, & crus, & brachium, & quodlicet aliud membrum pereat, neceſſe eſt. Ita Empedoclis opinio multis modis abſurda evadit: remanetque adhuc in dubio, quæſtio illa à principio propoſita, cur, ſi fœminæ ſemen ineſt, mas procreatus ſit: & ſola fœmina per ſe gignere non poſſit.

CAP. IV.

De uſu Seminis Muliebris adverſus Athenæum, Ariſtotelem, & Empedoclem.

Quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

QUæ ſane quæſtio licet in priore libro facultate à nobis explicata jam ſit, nunc tamen nihilominus etiam dicetur. Neque enim Athenæus, neq; Ariſtoteles, neque alius quiſpiã, vel medicus, vel philoſophus ejus ſolutionem potuit expedire: ſed pleriq; in eam abſurditatem inciderunt, qua illi involvuntur, qui propterea, quod, quo modo fiat motus, ignorant, eum nullum eſſe omnino affirmant: ut Empedocles majorẽ, quam Athenæus, & Ariſtoteles, in hoc laudem mereatur, quod ſervata re, quæ extat, cauſam deinde ejus indagavit. Nam, ſi tollere volemus ea, in quibus cauſa probabilis nobis deficit, opus erit, ut & videre, & audire, & ſentire omnino, & reminiſci, & ſomnia per quietem cernere, prorſus negemus, quippe cum ſingulis his abſtruſa cauſa ſit, unde exiſtant. Fœminam itaq; ſemen habere ſenſibus credendum eſt, ut ſuperius dixi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

diximus: nõ autem ratione veritas rei, quæ extat, labefactanda. Sed, quænam cauſa ſit, cur vel, licet fœmina ſemen emittat, mas tamen etiam genitus fuerit: vel mare facto, in fœmina quoq; ſemen conſervarit natura, perſcrutandum eſt: quod iccirco factum eſſe conſtat, quia melius erat, ut fœminæ ad prolis in utero generationem excrementum ſuppeteret: Athenæus vero in cõtrarium ratione uſus eſt: propterea enim non eſſe in fœmina ſeminale excrementum aſſerit, quia eſt ſanguineum: quippe cũ in ea duo excrementa non debeant concedi. Addit interdum etiam illud, non poſſe fieri inquiens, ut unum & idem animal utraq; principia ad fœtum procreandum, materiam ſcilicet, & facultatem, in ſe habeat: quod tamen poſtea, neſcio quo modo, non ſibi conſtans idem cõcedit, dum in plantis non diſtincta eſſe ait hęc principia, ſed utraq;

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

in illis, & materiæ, & facultatis, ſeu virtutis, requiri fatetur. Ariſtoteles autem adhuc etiam magis, in quibuſdã animalibus viſa eſſe omnia concipere aſſerit, nihilq; in eis ſecerni, ſed omnia eſſe unita. Quare in hoc videntur iſti nõ alienum reprehenſorem expectare, ſed ipſi ab Adraſtea ſuperati ſe ipſos refellere. Nos vero hoc, in quo iſti hæſitant, in ſuperiore libro ſolutum jam eſſe dicimus. Primũ enim, niſi habuiſſet, & teſtes, & ſemen fœmina, ne appetere quidẽ coitum potuiſſet: atq; hoc non veriſimilibus rationibus, quibus iſti utuntur, ſed ſcientiam inducentibus, & demonſtrativis confirmatum fuiſſe aſſeveramus. Satiſq; habuimus in teſtimonium adducere teſtium exectiones, quę apud multas nationes fieri in ſuibus fœminis conſuevere: quæ ſane, ubi exectę ſunt, non amplius, quemadmodum prius, apris ſe ſubjiciunt, ſed omnis venerei cõgreſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ſus obliviſcuntur. Deinde alium fœminei ſeminis, neq; parvum illum quidem, uſum tibi poſſem oſtendere, ſi in diſſectis animalibus inſpicere velles membranam, quæ inteſtinalis appellatur, ex ſeminariis vaſis dependentem, quam ex fœmineo ſemine ortam eſſe diximus: animadverteres enim ſtatim nullo modo fieri potuiſſe, ut omnes uteri partes virili ſemine oblinerentur: quippe cum id recta ejaculatione per uteri cervicem in fundũ, proximaſq; partes delatum, reflecti in latera uſq; ad ejus cornua nullo pacto queat. Atq; hic eſt non parvus uſus, quẽ fœtui fœmineum ſemen præſtat: quod cũ humidus, frigiduſq; ſit, eſt quaſi quoddã alimentum virili ſemini craſſiori, ac calidiori accommodatum. Ne igitur fieri non poſſe dicamus, ut utrunq; excrementum colligat fœmina: id enim colligere ipſam evidenter patet; &, quæ evidenter patent,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

tent, fieri poſſe confitendum eſt: neq; enim, quæ re vera extant, ea fieri nõ poſſe dicendum eſt:ſed ratio, quæ ea refutare nititur, quippe cum evidentibus adverſetur, abſurda eſt exiſtimãda. Ne igitur fruſtra genitum eſſe dicamus fœminæ ſemen. Melius quippe illis erat paululũ immutata oratione, affirmare, fieri non poſſe, ut fœminæ, & ſanguineum excrementum, & ſemen fœcũdum habeant: ſiquidem ex temperatura earum frigida efficitur, ut excrementitium illũ ſanguinem colligant: ad ſeminis vero exacte concocti generationẽ valido calore opus eſt. Humidior quidem fœmina, & frigidior, & calidior, & ſiccior mas apparet: nõ immerito igitur illa inexacte conficiendo ſemine deficit: hic ſanguineum excrementum, quippe quod totum à caliditate, & ſiccitate conſumptum exhalet, nullum habet. Hinc eſt, quod animalia omnia,

quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

quæ ſicciore temperatura ſunt, ut aves pleræque, & piſces etiam non pauci, ova gignere ſine maris concubitu ſolent: quãquam deeſt ſemper aliquid etiam his ad perfectionem, niſi maſculi caloris vigor acceſſerit. Nõ ſane quidem fieri non poteſt, ut talem animalis temperaturam excogitemus, quæ abſq; alterius congreſſu imperfectam ſobolẽ gignere valeat: difficillimum tamẽ profecto eſt, ac fortaſſe, nullo modo eſſe poteſt, ut animal aliquod in ſe integrum fœtum ſine maris coitu concipiat: multo enim tẽpore ali hujuſcemodi fœtus debet: hoc vero fieri, niſi multus fœminæ excrementitius humor ſuperſit, minime poteſt: at fœmina excrementis non abundabit, niſi multo, & frigidior, & humidior tẽperatura ſit. Sed, ſi ea talis ſit, ſemẽ, neq; ita copioſum, ut opus eſt, neq; lentũ, neq; calidum, neq; craſſum, atq; iccirco, neque fœcundum, gi-
gnere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

gnere poterit: nam ſuperiore in libro tale eſſe oportere fœcundum ſemen oſtendimus, ſimul enim, atque conjectum in uterum fuerit, alia ſubſtantiæ ejus pars in mēbranam concreſcere, alia in vaſa produci, alia pulſui habilis evadere ſtatim debet. Demonſtratum igitur jam eſt in animalibus, quæ in utero fœtū ſibi ſimilem formant, fœminæ humiditatē, & frigiditatem eſſe neceſſariam : quo enim loco plantis terra, eodem hujuſcemodi animalibus mater eſt, quæ irrigando aſſidue alimentum ſuppeditat, donec totum abſolutum animal reddatur. Horum autem cauſam alimenti diverſitas affert: ſiquidem plantis terræ ſuccus : animalibus fructus, herbæ, lac, aliorumque animalium carnes alimentum præſtāt: Simili modo plantarū ſemina terræ ſucco ſatis habent: animaliū vero, cum neq; comedere, neq; bibere fœtus in utero poſſit, ex ma-
 teria,

teria, quæ in venis matris eſt, inſitum alimẽtum requirunt. Neceſſe igitur fuit, ut, quẽadmodum plantarũ ſemen terræ, ita animalia corpori matris incluſa cohærerent.

CAP. V.

De triplici Similitudine in fœtibus generis formæ, & ſexus, ac de ſingularũ cauſis.

SEd hic de partium natorũ ſimilitudine cum parentibus nõ parva ſuboritur dubitatio. Nã, ſi ex ſemine, quod prævalet, ſimilitudo exiſtit, omnes nati ipſius partes alteri tantum parenti, cujus ſcilicet ſemẽ prævaluerit, ſimiles evadent, quod tamẽ nequaquã evenire cõſpicitur. At ſi fieri poteſt, ut in aliquas partes maris, in aliquas fœminæ, motio vim obtineat, ſemen ſimilare non erit, cujuſmodi eſſe, magis quam quippiam aliud, manifeſtũ eſt: atq; inter nos, & Ariſtotelem, & Atheneum etiã cõſtat, qui id ex ſanguinis concoctione, nõ ex omniũ animalis partium colliquatione, gigni affir-

affirmāt: quanquā, licet ſimilare ſit, & virile cū fœmineo in uteris miſceatur, nihil obſtat, quin in fœtuū formatione alterum alteri, in diverſis tamen partibus prævalere poſſit: quemadmodum in priori libro demonſtratum eſt ex velamētis, quæ fœtum involvunt, inteſtinalem tunicam ex ſolo fœmineo ſemine procreari. Fieri etiam poteſt, ut ſemen, quamvis ſimilarem naturam habeat, ejuſmodi tamen ſit, ut omnia ex omnibus ejus partibus animalis membra fabricari queant: in eo tamen differentia eſt, quod illa ſeminis pars, quæ primo excidit craſſior, quæ ſecunda, vel tertia ejaculatione emittitur, tenuior, & frigidior, & imbecillior eſt, ſubſtantiæque inſiti caloris minus particeps: quemadmodum è contrario, quæ primo exit, viribus calore, & ſpiritu longe præcellit: cui ſcilicet contrariis qualitatibus præditum eſſe convenit, quod ſecunda,

cunda, vel tertia, vel quarta emiſ-ſione profunditur. Atque ita fit, ut in commixtione in quibuſdã partibus maris, in quibuſdam fœminę, ſemen prævaleat, &, qua prævaluerit, ea pars fœtus ei, cujus ſemen prævalet, ſimilis evadat: quippe cum in omni materiæ particula opifex vis inſit, non ſeparatim alibi quod movet, alibi quod movetur, ſed idem ſit, quod movet, ac fingit, atque etiam attrahendo, ut ſuperius dictum eſt, à prægnantis venis alimentum fœtum ipſum auget. Minime igitur mirum eſſe debet, ſi ſoboles utriſq; parentibus ſimilis diverſis in partibus efficitur. Nunquid igitur de genitalibus mẽbris eadẽ ratio afferri poteſt, cur aliud fiat mas, aliud fœmina, & toto corpore mas à fœmina non in hominum tantum, ſed univerſorum animalium, genere differat? ſed quis adeo perſpicax eſt, ut, ſi ex longinquo taurum aſpexerit, continuo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

prius, quã genitales partes exploret, marem eſſe cognoſcat? Nam, ſicut leonem à leæna, gallum à gallina capram ab hirco, ovem ab ariete, ita virum à muliere facile diſcernimus: neq; opus eſt, ut prius veſtes exuamus, quod differẽtiam membrorum ſpeculemur, ſed indutos, & opertos ſatis agnoſcimus, cũ & toto corpore inter ſe diſcrepent, & partes, quę poſt genitæ nũcupantur, aliæ nullæ ſint fœminis, aliæ diverſæ conſpiciantur: barbæ enim, criſtæ, calcaria, dentes exerti, marium animalium partes ſunt: cervi etiam longa cornua habent, ut in his quoque fœminæ à maribus ſuperentur. Diſcrepant itẽ fœminæ à maribus in eo, quod lęviores hæ, illi hirſutiores ſunt: hæ mollioribus pilis, illi durioribus teguntur: hæ latiores clunes, illi latiora habent pectora: aliiſque multis differentiis diſtant. Quare non abſurde videri poſſit Stratonicus

phyſicus exiſtimaſſe fœminam ex
fœminæ, marem ex maris, ſemine
invaleſcente procreari: quamvis il-
le venis etiam, & arteriis perinde,
ac genitalibus membris, eos dif-
ferre opinatus fuerit, id, quod ex
diſſectionis imperitia illi evenit: in
maribus enim, & fœminis non nu-
merus tantum venarum, & arte-
riarum, ſed forma etiam, & poſitu-
ra, in toto corpore eadem conſpi-
citur: ſed in hoc longe erraſſe Stra-
tonicum exiſtimandum eſt. Quod
vero marem putarit gigni, cum
maris, fœminam cum fœminæ, ſe-
men prævalet, illud quidem ſatis
probabile fuit: niſi quod illud ad-
verſatur, quod ſæpenumero eve-
nit, ut fœminæ patri, mares matri,
quam ſimillimi naſcantur. Unde
melius fortaſſe erit, ſi dicamus non
abſolute ex ſeminis prædominio,
ſed ex diverſarum partium præe-
minentia, marem, & fœminã pro-
creari. Sed huic etiam opinioni
illud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

illud repugnat, quod non in membris genitalibus ſolummodo, verũ in univerſo etiam corpore differentia eſt. Inveſtiganda igitur videtur cauſa, cur infans, licet mas, naſcatur matri tamen quam ſimillimus interdum fiat. In ſuperiore quidem libro duplex natorum ad parentes poſita fuit ſimilitudo, prima ex totius ſubſtantię ſpecie, cum homo ex homine, equus ex equo procreatur, atque hujus majorem partem mater videtur exhibere: altera ex differentia eorum, quæ eadem ſpecie ſunt, ut hominis ad hominem, equi ad equum, in qua ſeminis prędominium vim obtinere demõſtratum eſt: ſed nunc alia tertia inventa eſt ſimilitudo præter priores, in qua maris ad marem, fœminæ ad fœminam, diverſitas cõſideratur: de qua, quomodo exiſtat, in præſentia quæſtio excutienda propoſita eſt. Neque enim dici poteſt eam fieri, vel cũ in genitali-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

bus membris prædominium extiterit, nam toto etiam corpore mas à fœmina differt: vel cum alterum ſemẽ prorſus prævalet, multi ſiquidem filii mares matri, fœminæ patri, ſimiles evadunt. Quæ igitur alia præter has cauſa eſt? mihi quidem una ſola videtur ſupereſſe, quæ ſcilicet effectricium qualitatum temperaturam conſequitur: ita autem caliditatem, & frigiditatem appellare conſuevi. Videndum itaq;, an fieri poſſit, ut ex harum alternata viciſſitudine interdum mas, interdum fœmina, procreetur. Nam vel in ipſis fœtibus, dum adhuc in utero ſunt, mas apparet non modo calidior, verum etiam ſiccior fœmina, ſtatim inter initia eſſe: omnes ſiquidem affirmant, qui huic contemplationi ſtuduerunt, non Hippocrates tantum, marem breviori tempore, fœminam longiori, in utero fingi, ac formari: id quod tam in abortibus, quam in prægnãtium

anima-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

animalium diſſectionib⁹,animadverſum fuit. Utrũ igitur humidius, ac frigidius putandum eſt, quod cito uniuſcujuſque membri ſpeciem exprimit, oſſis, nervi, arteriæ, ac ſigillatim omnium aliorũ, an quod diutius genituræ, & ſanguinis formam ſervat? an perſpicuum illud eſt caliditate, & ſiccitate fieri, ut oſſa citius concreſcant, nervi citius extendantur, arteriæ & venæ citius fiſtulentur, ac cætera demũ omnia membra formentur? Nam, ſicut liquidum lutum impreſſionem, ac fictionem ullam non admittit, mediocriter autem induratum admittit, ita primę, ac recenti fœturæ accidit, quæ lacti recenter coagulato ſimilis eſt: ac, quemadmodum illud caſearii nondum formare aggrediuntur prius, quam ſatis idonea coagulatione concreverit, eodem modo animal natura non antea fingere conatur, quam convenientem duritiem adeptum ſit: neque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

enim, etiam ſi conaretur, quicquã efficeret, cũ materia nondũ firma ſubjaceat, ſed inſtabilis adhuc, & tremula ſubterfugiat: fictor quoque lutum, vel ceram non adhuc liquidam, ſed quę mediocriter induruerit, formãdam ſumit. Quod celerius igitur formatur, eſſe ſiccius patet, arterias præterea, & venas, & thoracem, & (ut ſemel dicam) omnes membrorum inanitates latas habet, quod inflatione multa præditum eſt, multus ſiquidem ſpiritus calidus, idoneus magis natura eſt ad hæc efficienda, unde hæc tũ arterias majores validiuſq; pulſantes, tum univerſum corpus robuſtum, ac promptum ad motiones omnes habere conſueverunt. Quæ omnia ſatis manifeſta indicia eſſe poſſunt prædominantis caloris in fœtibus non modo in lucem editis, verum etiam dũ adhuc in utero fœtificantur. Hinc fit, ut in dextris vulvæ loculis mares concipi cer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

nantur (licet aliquando etiã fœmina hac in parte viſa ſit, quod tamen raro contingit,) quemadmodum mas in ſiniſtra. Ita etiam ex teſtibus, quibus craſſior dexter eſt, &, dum hircire incipiunt, prior inflatur, ii mares procreant, quibus eſt gracilior, poſteriorq; intumeſcit, ii fœminas gignunt. De his autem in quinto libro de diſſectione Hippocratis, cujus hæc inventio eſt, latius explicavimus; nunc inde hoc tantum ſumpſiſſe ſatis ſit, quod ſi dextræ partes ſiniſtris ſint calidiores, quemadmodũ ſunt, hoc ſane marem calidiorem eſſe indicabit, ſicciorem quoq; eſſe demonſtratum eſt, calidior enim, & ſiccior eſt. Sed marem quidem hujuſmodi eſſe inter omnes conſtat, qui modo de temperaturis aliquid tractarunt, quod item ad hujuſmodi temperaturam functionũ vires ſequantur, illud etiam conceſſum eſt, cur vero, qui tali temperatura eſt fœtus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

teſtes foris appenſos, & ſuper ipſos prominens mēbrum habeat, vulva autem penitus careat: qui vero humidior, & frigidior eſt, ei intus, & teſtes, & vulva, & totum etiam pudendum retractum ſit, hoc in præſenti diſſertatione propoſitū fuerat conſiderandum. Ad cujus quæſtionis inventionem mihi videtur quoddam ex diſſectionis evidentibus nos eſſe inducturum: id autem eſt, genitalium membrorum maris, & fœminę convenientia. Biformis enim cum ſit mulierum vulva, ſiquis eam duobus his modis affici, mente, ac cogitatione conciperet, ut & extra abdominis mēbranam exiret, & inverteretur ſic, ut, quæ foris nunc ſunt, introcluderentur, quæ intus nunc latent, foris extarent teſtes in ſcroto proculdubio apparerent, vulvæ vaſe in ſcrotum; abdominis membrana in elytroide, ideſt vaginalē tunicam mutata, teſtibus vero ipſis non extra vul-
vam,

vam, quemadmodum nunc cernuntur, ſed intro revolutis. Nam, & quod ſuſpendiculum appellatur (eſt autē utrinq; alterum ab ilium muſculis) ſimiliter ad vulvam pertinere conſpicitur per membranæ abdominis foramina: quod quidem eodem modo in maribus arteriis, & venis de ſuperiori parte deorſum, ſeminariis vaſis ab inferiori ſurſum, via efficitur: fœminis vero intra abdominis mēbranam ſitum eſt à muſculo depēdens, atq; ad vulvam ex utraq; parte, dextera & ſiniſtra, tranſmittitur: ut etiam in hoc cum marium ſuſpendiculis conveniat. Jam vulvarum cervix, cum intus quoque ipſa in fœminis collocata ſit, foras educta efficit in maribus ipſum virorum penem: quemadmodum marium præputium muliebrem cunnum in fœminis efficit:nam, ſicut hic cervicis,ac gulæ ipſius vulvæ,ita præputium in maribus virilis penis oper-
culum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

culum quoddam eſt, cum ſit ſuper-genita quædam pellicula intus cõ-cava: licet multo amplior in fœminis, quam in maribus, conſpiciatur. Omnia igitur genitalia membra eadem eſſe in maribus, & fœminis videntur: niſi quatenus differunt, vel ſitu, quod hæc intra, illa extra abdominis membranam collocata ſunt: vel magnitudine, quemadmodum de præputio & teſtibus modo dicebamus. Nam &, quæ teſtibus alimentum præſtant vaſa, ab iiſdem, & venis, & arteriis proficiſcuntur: ſimili modo etiam, quę ad penem, & præputium in maribus tendunt, illis reſpondens, quæ ad collum uteri, & cunnum in mulieribus pertingunt: initia item vaſorum vulvis alimentum deferentium eadem ſunt cum iis, quæ virile ſcrotum alunt: neque in origine nervorum diſcrepantia ulla in utriſque reperitur, ſed ab iiſdem ſpinæ dorſi locis, tam in maribus

quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

quam in fœminis, promanant. Omnia igitur, quæ genitalia utriuſq; ſexus membra conſtituunt, eadem eſſe conſtat, neque ulla in re prorſus, vel marem fœmina, vel fœminam mare, amplius habere, ſed in eo tantum differre, quod huic intus, illi foris, membra eadem ſunt. Quocirca maris generationem ita mihi optime cognoſcere poſſe videreris, ſi in animalis fœtificatione animadverteres membra genitalia primo intra abdominis mēbranam deſcribi, ac quaſi delineari, deinde foras emergere. Hoc autem modo ſolere naturam hujuſcemodi partes fabricare, nec ullo alio, cum multa eſſe tibi argumento poſſent, tum illud præcipue, quod in recens editis in lucem animalibus conſpicitur: dentes enim iis intus in gingivis adhuc latent: oculi item in pleriſque adhuc clauſi, in nonnullis ne diſtincti quidem apparent: quę omnia in abor-

tuum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

tuum obſervatione exacte perſpicies. In prægnantium quoque diſſectionibus cum alia, tum hujuſcemodi horum membrorum generationem reperies: quanquam homini naturæ ſpeculationibus exercitato ſatis erit hæc, quæ mox ſubjiciam, conſiderare. Ad membrorum fabricam, eorum præſertim, quæ ſinus aliquos, & ventriculos habent, inſtrumentis utitur natura aëre, & igne: quippe cum & ampliare, & diſtendere, & producere, & exiccare, & corroborare corpora, horum opus ſit: nam, ſi foras expiraverint, materia deſtituetur. Cum igitur aliquam ex his partibus fingit natura, totum prius exteriorem circuitum, ceu ſeptum validum, firmare conſuevit: deinde, ubi formæ delineatio expreſſa intus fuerit, univerſi ſpiritus impetu uſa, ſimul & foras membrum formatum protrudit, & obductum ſeptum perrumpit. Quod, ſi in hac

extre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

extrema functione languerit, mē-brum, quod fiebat, inchoatum relinquit: id, quod in toto talparum genere evenire conſpicimus, quibus deſignati intus oculi foras, emergere non potuerunt, earum natura imbecilla in hoc effecta, ut, quod propoſuerat, abſolvere opus nequiverit. Quod vero animalia imperfecta, tum in partibus, tum in univerſo interdum corpore, efficiantur, ſatis ab Ariſtotele demō-ſtratum eſt. Oculorum autē, quando in horum mentionem incidimus, natura in quibuſdam animalibus adeo perfecta, atque efficax eſt, ut nihil eis deſit, ſed ſtatim, ubi edita in lucem ſunt, perinde, atque adulta videant: in quibuſdam palpebræ aperiuntur, longioreq; temporis mora indigent, ut exacte fungi officio ſuo poſſint. Jam vero canes, velut proverbium ait, cæcos præ feſtinatione catulos parere: quamvis imperfectos potius, ſi pro-

prie loqui velis, quam cæcos, hujuſmodi, recens natos catellos dixeris, cum pauciſſimis poſt diebus ſint inſpecturi: at talpas cæcas revera, & eſſe, & gigni dicendum eſt: magis vero etiam, quam talpæ, pleraque oſtrearum genera oculis carent: vermibus autem nulli prorſus quibuſdam oculi, quibuſdam ſolum ipſorum obſcurum veſtigium ineſt. Atque ita ſit, ut quaſi gradus quoſdam habere natura videatur, primum, cum parum à plantis recedens, tactu, hoc eſt uno tantum ſenſu præditum animal fingit: ſecundum, cum guſtatum: tertium, cum olfactum adjungit: quarto gradu poſtmodum progreſſa auditum, quinto viſum addit, poſtea horum ipſorum eas, quas modo dixi, differentias facit. Nihil igitur mirum ſit, ſi, quemadmodum talpæ oculi exprimi intus incepti, foras à natura propelli non potuerunt, ita membra genitalia,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

fœminis intus formata in exteriorem partem nequiverunt emergere, ob imbecilliorem videlicet, ac imperfectiorem fœminæ naturam, ut Ariſtoteles etiam inquit. In eo tamen talpis perfectior fœminea natura evaſit, quod talpæ nullam ex cæcitate utilitatem conſequuntur, fœminæ non parum hac membrorum ſuorum imperfecta fabrica ad generis ſucceſſionem conferunt, quippe cum humidiores, ac frigidiores excrementa ad fœtuum educationem accommodata alere deberent. Age vero totam ipſarum paucis capitibus explicemus naturam. Cum primæ fœturæ conſtitutio humidior, & frigidior, extiterit, & principium formationis ſerius eſt, & finis adeo tardus, atque imbecillis ſubſequitur, ut membra genitalia foras protrudere non valeat, unde effectum eſt, ut hæc, cum in ipſis utpote extremis in formatione parti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

bus natura defecerit, infirmiſſima omnium evaſerint. Alibi autem à nobis demonſtratum eſt, quicquid ex alimento, ſive bono, ſive malo, ſupervacaneum eſt, id à validioribus membris ad infirmiora ſolere depelli: unde fœminæ, quia imbecillius animal eſt, excremēta multa abundare: quia vero omnium infirmiſſimas genitales partes habet, in eas redundantem ſanguinem ferri: qui quidem fœminis ante, quam concipiant, fiat expurgatio ſalubris, ubi jam concepere, alimentum fœtibus accommodatum evadat. Hæc dicta jam ſunt: & illud item planum factum eſt, in calidiore, & ſicciore fœtus temperatura marem, in frigidiore, & humidiore fœminam procreari. Speciem vero, ſeu genus animalis (utroque enim modo hominem, equum, bovem, appellare poſſumus,) ſequi oſtendimus naturam ſubjectæ ad animal generandum

mate-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

materiæ: quemadmodum ad alterutrum parentem formæ ſimilitudinem ex fictrice, ac formatrice facultate, quæ in ſemine continetur, exiſtere. Ut trium ſimilitudinum tria principia habeamus: generis animalis, ex ſubſtantia, unde fit: formæ, ex ſeminis motione: maris, vel fœminæ, ex utrorumque principiorum temperatura: principia utraq;, ſemen, & menſtruum ſanguinem dico. Atque hæc quidem ſufficere mihi videntur: nam, quod parentibus aſſimilentur aliqui ex ſeminis tam patris quam matris ratione, ex antedictis perſpicuum eſt.

CAP. VI.

De uſu Aſtitum glanduloſorum, quem veteres ignorarunt.

NUnc de glanduloſis aſſiſtentibus, ſeu aſtitibus conſideremus, quos diſſectionis imperiti ne prorſus quidem cognoſcunt: periti vero quaſi uno ore omnes ſemen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

dixerunt continere: quorum ſane, & multitudinem, & opinionem licet verear, quid ſentiam tamen in hoc quoque, ſicut de teſtibus feci, dicendum mihi eſſe duco. Quidnam, ſi ſeminis ſunt conceptacula hi aſſiſtentes, exectis teſtibus animal coëundi cupiditatem penitus amitti? debebat enim illis exectis animal coire adhuc, licet ob tenuitatem, ſeroſitatemque ſeminis, quod in ipſis ineſt, non gigneret: id, quod evenire nequaquam videmus. Atqui fieri nullo modo poteſt, ut inſtrumenta ſeminandi aliquis habeat, uſum non habeat: omnium enim inſtrumentorũ corporis inſitas natura animalibus facultates ita dedit, ut ſine ulla diſciplina illis ad proprias functiones uterentur. Atque hoc, & à nobis in libro de uſu partium, & ab Ariſtotele prius, aliiſque multis tam philoſophis, quam medicis, demonſtratum fuit. Unde, quia cum his

his ipſis mihi in præſentia diſputatio eſt, nullam amplius hujuſce rei demonſtrationem afferam: ſed eo tantum ſubjecto fundamento, de quo inter omnes nos conſtat, naturam (inquam) nullam in animali partem, neq; inutilem, & ſupervacaneam, neque abſque facultate, quæ ea utatur parte, facere conſueviſſe, reſumam orationem, atque ita dicam. Glanduloſi aſtites, cum nulla in teſtium exciſione noxa affecti caſtratum animal in venereum congreſſum non incitent, aliud quidvis magis, quam ſeminaria inſtrumenta, ſe eſſe, alteriuſque uſus gratia factos oſtendunt. Nam, quemadmodum, ſi oculis illæſis ex offenſione alicujus alterius membri viſus periret, eum oculorum eſſe functionem minimè diceremus: ſi item nulla noxa affectis cruribus ingreſſio deficeret, merito ea cruribus functio non aſcriberetur: eodem modo, quia

glandulofis his aſtitibus incolumibus ſervatis venereus congreſſus animalibus perit, hi ex mēbris genitalibus minime ſunt exiſtimandi. Sicut igitur, quia in maribus in eundem locum, in quem ſeminaria vaſa, meatum apertum haberent, eos ejuſdem etiam functionis cauſa fabricatos eſſe ſatis probabiliter collegerunt, pari ratione debebant, cum in fœminis diverſo modo cernerent eos finire, non ejuſdem eſſe functionis hic quoq; colligere: atque ita ex demonſtrationum pugna dubitatione ſuborta, perinde, ac nos fecimus, cōſiderare, utrum verũ eſſe neceſſe ſit rivulos, qui in eundem locũ foramine ſuo conveniunt, ejuſdem functionis cauſa omnino eſſe fabricatos: an, qui ejuſdem functionis cauſa conſtitere, eos eodem concurrere omnes, verum quidem eſſe, non verum autem eos, qui in eundem meatum coëunt, ad eandem prorſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ſus etiam fūnctionē ſpectare. Nam & veſicæ meatus, qui urinam derivat, in eundem penis canaliculum, in quem aſtites omnes quatuor, in maribus foramen mittit: ut non ad aliud membrum diſcedere oporteat, ſed ex hoc ipſo, de quo propoſita quæſtio eſt, cognoſcere manifeſte poſſimus non eſſe omnino neceſſe, ut meatus, qui in eundem locum profundunt, ad eandem etiam functionem pertineant. Quod, ſi ex aliis etiam confirmatio petenda eſt, exemplorū undique copia ſuppetet: in totum enim oris interius ſpatium, quas fauces nominant, tum quæ bibuntur, & comeduntur, omnia per os deſcendunt: tum per narium foramina, & aër ex inſpiratione attractus, & craſſior pituita defluit, quam blenam Hippocrates, mucum alii vocant: adde, quod ex cerebro excremētitius humor per palatum, & ex glandulis, quæ ad

radicem linguæ ſunt, ſaliva eodem fertur. Jam vero in inteſtina reliquiæ ex ventriculo, bilioſus vero humor ex jecore, ex glandulis item quibuſdam aliis, quę hic quoque ſitæ ſunt, lenta humiditas ſalivæ perquam ſimilis deſcendit: de quibus quidem glandulis non parva quædam inter diſſectionis profeſſores quæſtio eſt, ab Herophilo, & Eudemo exorta. Unde mihi videor recte facturus, ſi diſſertationi noſtræ fine hic impoſito, quoniam ſorte quadam in mentionem eorum membrorum incidi, quæ manifeſte, ut ſenſu etiam percipi poſſit, à glandulis irrigantur, ad præſtantiſſimum Marinum ſermonem convertam, his principiis uſus, quæ ille ipſe ex evidentibus ſtatuit. Duplicem inquit glandularum omnium, quę adenes appellantur, uſum eſſe: vel enim ſuſpenſa vaſa firmare, quæ, cum diffiſſa ſint, periculum ſubeunt, ne in vehemen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

hementioribus agitationibus divellantur; vel humorem quendam gignere, qui ad ea membra irriganda idoneus ſit, quæ, ne facile exiccentur, atque inde inepta ad motum efficiantur, lentæ alicujus humiditatis interfuſione indigent. Atque illud quidem glandularum genus, quod diſciſſa vaſa corroborat, cum ad rem nihil faciat, in præſentia omittamus: de altero, quod lentum humorem gignit, loquamur: quod ſane diverſam etiam habere ſubſtantiam Marinus ipſe teſtatur, rariorem ſcilicet & foraminoſam, ac madidæ ſpongiæ in modũ humiditate imbutam: non tamen in omnibus ait, meatus qui ſenſui pateant, exiſtere. In hoc quidem glandularum genus inquit arterias, & venas inſeri: nonnulla item mediani, hoc eſt meſenterii, vaſa in glandulas deſinere: quarum cum duplex uſus ſit, duplex quoque ſimili modo eſſe genus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

genus affirmat, denſas quidam, & ſiccas, quæ diſciſſos vaſorum ramos ſuffulciunt, raras autem, & humidas, quibus conceptacula ipſa committuntur, atque has humorem quendam quaſi pituitoſum gignere, quo interior inteſtinorum tunica ſublinitur. Nam, quod, quæ ſalivam gignunt glandulæ, ipſam in os evidentibus venulis ſtillatim effundant, quódque totæ etiam fauces à glandulis ejuſdem utilitatis cauſa humectentur, nemo eſt amplius, qui neſciat: jam enim inter omnes diſſectionis profeſſores maxime conſtat. At Marinus alias quaſdam etiam præter antedictas ad irriganda membra glandulas enumerat: quas propterea, quia non admodum certam, & evidentem probationem habent, omittamus: ſatis enim eſt ut ab evidentibus propoſitæ rei confirmationem ſumamus. Nam, ſi totum oris ſpatium, fauces, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

gulam, ſi item univerſa inteſtina, glandulæ irrigant, quid mirum eſſe debet, quod collo, etiam veſicæ tale quoddam ſubſidium præparatum fuerit, ne exiccatum ad motiones torpidum redderetur? Peni vero marium multo etiam magis fuiſſe à natura hoc adjunctum remedium credendum eſt: quare etiam in maribus magnitudine conſpicuæ hæ glandulæ ſunt: quippe cum periculum eſſet, ne, cum prælongus his ac nudus penis extet, vel exiccatus diſtorqueretur, vel meatu occluſo conniveret: nam in fœminis vulvæ cervix neque prominet neque nuda eſt, ſed intus collocata tum circumjectis partibus multa exhalatione fovetur, tum à menſtruis irrigatur. Quamquam poteſt fortaſſe natura, ut urinæ morſioni occurreret, talem humorem ad colis meatum lævigandum præparaſſe. Fortaſſe etiam, ſiquis diligentius ſpecu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

ſpecularetur, tertiam aliquam cauſam inveniret: ita enim pleraq; alia in omnibus artibus, diligẽtiore ſcilicet adhibita inveſtigatione, fuerunt reperta. Demonſtrandi vero profeſſorẽ decet, ſicut hujuſcemodi quæſtiones multũ diuq; indagare, ita ab iis, quæ demõſtrata ſunt, nunquã recedere: cujuſmodi illud eſt. Si in glãdulosis aſtitibus ſemen gigneretur, excretionem ejus caſtrata animalia appeterent: at hoc non vidẽtur appetere: nullum igitur ſemen in his gigni perſpicuum eſt. Unde hoc ſolum per ſe irrefutabile ſervari à nobis debet, quoad ſcientiam efficientibus, rationibus invenerimus, quẽ uſum glandulosi hi aſtites animalibus exhibeant: qua de re fortaſſe vera ſunt, quæ nos attulimus: fortaſſe non ita, ut verius aliquid aliud inveniri nequeat, quippe cum probabilis ſit, quæ hujuſcemodi inquirit ratio, non demonſtrativa, ſicut ea eſt, quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

quæ ſemen in aſtitibus non gigni conficit. Quapropter hoc nos, & ſoli & primi de uſu harum glandu-loſarum partium non veremur af-firmare: quemadmodum ſuperius etiam fecimus, cum probaremus teſtium naturam eſſe talem, ut to-tum corpus alterarent, efficerent-que vi ſua, ut id, quod neque mas, neque fœmina per ſuam naturam eſt, mas, vel fœmina evadat. Nam & illa ratio, & hæc, quæ modo ne-que contineri neq; gigni in glan-duloſis aſtitibus ſemen probavit, apud eos, qui demonſtrationes ſe-qui didicerunt, ſatis demonſtrat. Si vero duos etiam, quos ſupra dixi, uſus vere fuiſſe inventos quiſpiam putat, poteſt inventionem hanc ſequi, ita tamen, ne melioris ali-cujus inquiſitio impediatur. Se-men autem in ipſis non contineri cum abunde demonſtratum ſit, perſuaſum habere unuſquiſque de-bet, ac veteribus ignoſcere, qui ex

eo;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

eo,quod in eundem meatum cum vere ſeminariis vaſis in maribus confluunt, decepti ſunt. Loci ſiquidem communio probabiliter, non autem vere, quidem communionem uſus, ipſorum, etiam oſtendit: quemadmodum modo à nobis declaratum eſt.

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 B 9